 dientes autem unus post unum exi-
 bant: incipientes a senioribus.
 Et remansit ihesus solus: et muli-
 er in medio stans. Erigens autem
 se ihesus: dixit ei. Mulier ubi sunt
 qui te accusabant? Nemo te condem-
 nauit? Que dixit. Nemo domine.
 Dixit autem ei ihesus. Nec ego te con-
 demnabo. Dade: et amplius iam no-
 li peccare. **Off** **C**retus meos diri-
 ge domine secundum eloquium tuum ut non dicitur omnis
Concedere quod operis deus ut hu-

uis sacrificij munus oblati fragi-
litate nr̄am ab om̄i malo pur-
get semp̄ et muniat. **P. Co. Me-**
mo te q̄d̄m̄aue mulier nemo dñe uer
ego te cōdēp̄nabo iā Apli noli peccare **capl.**

Quesumus op̄s deus: ut in-
ter eius membra nume-
remur: cuius corpi comunica-
uim⁹ et sanguini. **P. Sup̄ ps̄lm̄**

Pretende dñe fidelib⁹ tuis dex-
terā celestis auxili⁹: ut ex
te toto corde p̄quirant⁹: et que
digne postulant consequi me-
antur. **P. Doct̄ quarta iūte**

Letare iherusalē et conuentū fa-
cite om̄es qui diligitis eā gaudete cū

leticia qui in tristitia fuistis ut exul-
tetis et faciemini ab vberib⁹ consola-
tionis vestre. **P. Letatus sū in hys que**
dicta sunt michi in domū dñi ibi

Qoncede q̄s op̄s **Collecta** m⁹
deus: ut qui ex merito nr̄e
actionis affligimur: tue gr̄e
consolatione respiciamus. **P. Ad**

Heres **Scriptū est galathas**
qm̄ abrahā duos filios
habuit: unū de analla et unū
de libera. Sed qui de analla: se-
cundū carnē natus est. Qui au-
tē de libera: p̄ rep̄missionē. Que
sunt p̄ allegoriā dicta. Hec enī
sunt duo testamenta. Unū q̄
den in monte syna in seruitu-
tem generans: que est agar. Sy-
na enī mons est in arabia qui
coniunctus est ei que nūc est ihe-

rusalē: et seruit ai filijs suis. **I**-
la autē que sursum est iherusalē li-
bera est: que est mater nr̄a. **Sc̄pt̄**
tū est enī. **Letare** sterilis que non
paris erūpe et clama que nō par-
turis quia multi filij deserte ma-
gis q̄ eius que habet viciū. **Ros**
autē fr̄es: secundū ysaac p̄missio-
nis filij sumus. Sed quomodo
tunc is qui sc̄dm̄ carnē natus fu-
erat p̄sequēbat⁹ eū qui sc̄dm̄
sp̄m̄: ita et nūc. Sed quid dicit
scriptura? **Eice** anallā et filiū eī:
nō enī heres erit filius analle cū
filio libere. Itaq⁹ fratres: nō sum⁹
analle filij sed libere. **Qua** libe-
tate: x̄ps nos liberauit. **Ex̄. Le-**

taus sū in hys que dicta sūt michi in do-
mū dñi ibimus. **U** fiat pax in viciū tu-
a et habundantia in circuitib⁹ tuis. **Ex̄. Qu-**
confidit in dño sicut mons syon nō cō-
mouebitur in eternū qui habitat i iheru-
salem. **Ex̄. Frontes** in arcuū eius et dñs in ar-
cū tuū ppli sui et hoc nūc et usq⁹ in seculū.

In ill' abijt ihesus. **S̄. iohannis**
trans mare galilee: qd̄ est ty-
beriadis. Et sequebat⁹ eū multitu-
do magna: quia videbant signa
que faciebat sup̄ hys qui infirma
bant⁹. **S**ubijt ergo in montē ihs:
et ibi sedebat cū discipulis suis. **E-**
rat autē p̄mū pascha: dies festus
iudeorū. **Q**ū subleuasset ergo
oculos ihs et vidisset quia mul-
titudō maxima venit ad eū: di-
xit ad philippū. **Unde** emanus

panes ut manducent hi: hoc aut dicebat temptas eum: ipse enim sciebat quod esset facturum. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt: ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer unus hic: qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo ihesus. Facite homines discubere. Erat autem factum multum in loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinque milia. Accipit ergo ihesus panes: et cum gratias egisset distribuit discubentibus. Similiter et ex piscibus: quantum volebant. Et autem impleti sunt: dicit discipulis suis. Colligite que superaverunt fragmenta: ne pereant. Colligerunt ergo: et impleverunt duo denarii cophinos fragmentorum ex quibus panibus ordeaceis qui superaverunt hiis qui manducaverant. Illi ergo homines cum vidisset quod fecerat signum: dicebant. Quia hic est vere propheta: qui venturus est in mundum. **Off.**

Laudate dominum quia benignus est psallite non eius quoniam suavis est omnia quecumque voluit facit in celo et in terra. **Sanna.**

Sacrificijs presentibus domine ques intende placatus ut et devotioni nostre proficiat et saluti. **Ps.**

Herusalem que edificatur ut civitas cuius principatus eius in idipsum illuc enim ascendant tribus tribus domini ad confitendum nomini

tuo domine. **Compl.**

Da nobis misericors deus: ut sacra tua quibus incessanter explemur sinceris tractemus obsequijs: et fidei semper mente sumamus. **Ps.**

Deus in nomine tuo saluum me fac. **Ps.** et in virtute tua iudica me deus et audi orationem meam. **V.** Quonia alieni insurrexerunt adversum me et fortes quiescerunt adversum manum meam. **Collecta.**

Pra que operis deus: ut observationes sacras annua devocione recolentes: et corpe tibi placeamus et mente. **Ps.** **Item libri regum.**

In diebus illis. Venierunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steteruntque coram eo. Quarum una ait. Obsecro mi domine: ego et mulier hec habitabamus in domo una et pepi apud eam in cubiculo. Tercia vero die postquam ego pepi: pepit et hec. Et eramus simul: nullusque alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens in tempeste noctis silentio tulit filium meum de latere meo analle tue dormientis: et collocavit in sinu suo. Suum autem filium qui erat mortuus: posuit in sinu meo. Cumque surrexissen mane ut darem lac filio meo: apparuit mortuus. Que diligencius intuens clara luce: deprehendi non

esse meū quē genuerā. **R**espon-
ditq; altera mulier. **N**ō est ita: sed
filius tuus mortuus est meus at
vuit. **E**contrario illa dicebat. **N**e-
tatis. **F**ilius quippe meus vuit:
et filius tuus mortuus est. **A**tq;
in hunc modū: contendebāt co-
rā rege. **T**unc rex ait **H**ec dicit fi-
lius meus vuit et filius tuus
mortuus est: et ista rīdet nō. sed
filius tuus mortuus est. et fili-
us me-
vuit. **D**ixit ergo rex. **A**fferre michi
gladiū. **C**ūq; attulisset gladiū
corā rege. ait. **D**iuidite inquit
infantem viuū in duas ptes: et
date dimidiā pte vni et dimidiā
pte alteri. **D**ixit aut mulier cuius
filius erat viuus ad regē: cōmota
sūt quippe viscera ei sup filio suo.
Obscuro dñe: date illi infantē viuū
et nolite interficere eū. **E**contrari-
o illa dicebat. **N**ec michi nec tibi
sit: sed diuidat. **R**ēdit rex: et ait.
Date huic infantē viuū et nō
occidat: hec est enī mater eius.
Audiuit itaq; oīs isrl iudiciū
qd iudicasset rex: et amuerūt re-
gem videntes sapiām dei esse in
eo: ad faciendū iudiciū. **S**z
Esto michi in dñi p̄tore et in locū
refugiū ut saluū me facias. **D**eus in
te speraui dñe nō confundar in eternū.
In ill. **M**e erat **S**abz iohannē
pasccha iudeoz: et ascendit
ihs iherosolimā. **E**t inuenit in
templo vendentes boues et oues

et columbas: et nūmularios vende-
tes. **E**t cū frasset quasi flagellū de
funiculis: oēs eiecit de templo. **O**-
ues quoq; et boues et nūmularios
effudit es: et mensas subuertit.
Et hys qui colūbas vendebant
dixit. **A**uferte ista hinc: et noli-
te facere domū patris mei domū
negociationis. **R**ecordati vero
sunt discipuli eius: quia scriptū
est. **Z**elus domus tue come-
dit me. **R**ēdit ergo iudei: et dice-
rūt ei. **Q**d signū ostendis nobis
quia hec facis? **R**ēdit ihs:
et dixit eis. **S**oluite templū hoc:
et in tribz diebz excitabo illud.
Dixerūt ergo iudei. **Q**uadragi-
ta et sex annis edificatū est tem-
plū hoc: et tu tribz diebz excita-
bis illud? **I**lle aut dicebat: de te-
plo corporis sui. **C**ū ergo resurrex-
isset a mortuis recordati sunt disci-
puli eius quia hoc dicebat:
et crediderūt scripture et sermo-
ni quē dixit ihs. **C**ū aut esset ihe-
rosolimus in pascha in die festo:
multi crediderūt in noīe eius vi-
dentes signa eius que faciebat.
Ipse aut ihs nō credebat se ven-
tū: eo qd ipse nosset oēs et quia
opus ei non erat ut quis testimo-
niū phiberet de hoīe. **I**pse enī sciebat
quid esset in hoīe. **O**ff. **T**ubilate
deo oīs terra iubilare deo oīs terra seruire
dño in leticia intrate in gspā ei in exultatione
quia dñs ipse est deus. **S**cripta.

Oblatū tibi dñe sacrificiū vi-
uificet nos semp et munuat.

Pro **A**h oculis meis munda me
dñe et ab alienis p̄secutio tuo **qpl.**

Sūptis dñe salutarib; sacra-
mentis: ad redēptionis eter-
ne q̄s p̄ficiamus augmentū. **P**

Deprecationē nr̄am **S: p̄lm**

Quesum⁹ dñe benignus ex-
audi: et quib; supplicandi p̄ec-
tas affectū tribue defensionis aux-

Eilium. **P** **oratio terna.**

Gaudi deus orōnē meā et ne de-
precis deprecationē meā intende in-

me et exaudi me **oratio terna.**
Conturbat⁹ sicut
deprecatione mea et cōturbatus sū

Aa voce inimici. **Collecta.**

Accipe nob; q̄s dñe obseruati-
ones ieiunia et pie conuersatio-

nis augmentū: et tue p̄pitiati-
onis continuū prestet auxiliū. **P**

In dieb; illis. **lectio libri xodi**

Locutus est dñs ad moysen
dicens Descende de monte: quia

peccauit p̄pls tuus quē eduxisti
de terra egypti. **R**ecesserūt cito de

via: quā dñs dicit eis. **F**eceruntq;
sibi vitulū conflatilē et adora-

uerūt: atq; imolantes ei hostias
dixerūt. **I**ta sunt dy tui isrl: qui

te eduxerūt de terra egypti. **R**ur-

sūq; ait dñs ad moysen. **C**erno
q̄ p̄pls iste dure ceruicis sit: di-

mitte me ut irascatur furor
meus contra eos et deleam eos.
faciā q̄ te in gentē magnam

Moyses autē orabat dñm deū
suū dicens **C**ur dñe irascit⁹ fu-
ror tuus contra p̄lm tuū: quē
eduxisti de terra egypti in fortitu-
dine magna et in manu robus-
ta? **N**e queso dicant egyptij cal-
lide eduxit eos: ut interficeret i
montib; et deleret e terra. **Q**uiet-
cat ira tua: et esto placabilis
sup nequicia p̄li tui. **R**ecorda-
re abrahā et ysaac et isrl senior
tuorū: quib; iurasti p̄ te metip-
sū dicens **M**ultiplicabo semen
vr̄m sicut stellas celi: et vniū-
sā terrā hanc de qua locutus
sū dabo semini vr̄o et possidebi-
tis eā semp. **P**lacat⁹ q̄ est dñs:
ne faceret malū qd locutus fue-
rat adūsus p̄lm suū. **E**t miser-
tus est p̄plo suo: dñs deus nr̄. **oratio**

Exurge dñe fer opē nobis et libera
nos p̄pter nomē tuū **oratio terna.**
Deus aurib;
nr̄is audiuim⁹ p̄ces nr̄ anunciaue-
rūt nobis opus qd operatus es in die-
bus eorū et in dieb; antiquis **oratio**

In ill. **I**am die festo **iohann**
co mediante: ascendit ih̄s
in templū et docebat. **E**t mirabā-
tur iudei dicentes **Q**uomō hie
teras scit n̄ nō didicerit? **R**espon-
dit eis ih̄s et dixit. **M**ea doctrina
nō est mea: sed eius qui misit
me. **S**i quis voluerit volūtate
eius facere: cognoscat de doctri-
na mea utrū ex deo scit an ego
a me ip̄o loquar. **Q**ui a semetip̄

ipso loquitur: gloria propria querit.
Qui autem querit gloria eius qui
misit illum: hic verax est et inuul-
tata in illo non est. Nonne moyses
dedit vobis legem? Et nemo ex vo-
bis facit legem. Quod me queritis
interficere? Respondit turba: et dixit:
Demonium habes. Quis te que-
rit interficere? Respondit ihesus: et dixit
eis. Unum opus feci: et omnes mira-
mini. Propterea moyses dedit vo-
bis circumcisionem: non quia ex mo-
yse est sed ex patribus. Et in sabbato cir-
cumciditis hominem. Si circumcisionem
accipit homo in sabbato ut non
soluat lex moysi: michi indignum
namque quia totum hominem sanum
feci in sabbato? Nolite iudica-
re secundum faciem: sed iustum iu-
dicium iudicate. Dicebant ergo quidam
ex iherosolymis. Nonne hic est
quem querunt interficere? Ecce pa-
lam loquitur: et nichil ei dicunt.
Nunquid vere cognoverunt principes
quia hic est christus? Sed hunc scimus
unde sit: christus autem cum venerit nemo
scit unde sit. Clamabat ergo do-
ctores in templo ihesus: et dicebant. Et me
scitis, et unde sum scitis: et a map-
so non verum sed est verus qui mi-
sit me quem vos nescitis. Ego autem
scio eum. Et si dixerem quia non scio
eum: ero similis vobis mendax.
Sed scio eum quia ab ipso sum: et ip-
se me misit. Querebant ergo eum
apprehendere: et nemo misit in

illum manum quia non dum venerat
hora eius. De turba autem multi
crediderunt in eum. **Off.** Expectans ex-
pectavi dominum et respexit me et exaudivit
deprecationem meam et immisit in os meum
canticum novum in nomen domini nostri. **Santa.**
Hec hostia domine quam emundet
nostra delicta et ad sacrificia
vultu celebrandum subditorum tibi cor-
pora mentesque sanctificet. **Ps.**
Letabimur in salutari tuo et in no-
mine domini dei nostri magnificabimur.
Huius nos domine precor. **Concl.**
Hic sacramenti mundet a m-
mundum: et ad celestia regna produ-
cat. **Ps. do.** **Sup. populum.**
Misere domine populo tuo: et conti-
nuis tribulationibus laborantibus
propitius respirare concede. **Ps. fin.**
Dum sanctificatus fueris in vobis con-
gregabo vos de universis terris et
effundam super vos aquam mundam et mu-
dabimini ab omnibus inquinamentis
vestris et dabo vobis spiritum novum. **Ps.**
Benedicam dominum in omni tempore semp-
laus eius in ore meo. **Non dicitur hic de**
vobiscum sed **Oremus.** **flectamus.** **Coll.**
Deus qui et iustis premia
meritorum et peccatoribus per
ieiunium veniam prebes: miserere
supplicibus tuis: ut reatus nostri con-
fessio indulgentiam valeat propter
delictorum. **Ps. et cetera.**
Hec dicit dominus deus. Sanctifica
bonum nomen meum magnum: ut sancti-
gentes quia ego dominus cum sancti

firatus fuero in vobis corā eis.
 Collā quippe vos de gentibz. et
 congregabo de vniuersis terris:
 et adducā vos ī terrā vram. Et effū
 dā sup vos aquā mūdā: et mūda
 buntur ab oibz inqnamētis vris
 et ab vniuersis ydolis vris mūn
 tabo vos. Et dabo vobis cor no
 uū: et spm nouū ponā in me
 dro vū. Et auferā cor lapideū de
 carne vā: et dabo vobis cor car
 neū et spm meū ponā in medi
 o vū. Et faciā ut in preceptis me
 is ambuletis: et iudicia mea
 custodiatis et operā. Et habita
 bitis in terra quā dedi p̄ribz vris:
 et eris michi in pplm: et ego ero
 vobis in deū. **Dicit dñs ops**
Quere alij audite me timorē dñi
 docebo vos. **Accedite** ad eū et illūia
 mini et facies vre nō confundantur
Hic dicit dñs vobiscū **Orem** **flet** **q̄t**
Pa q̄s ops deus: **Collā** **le**
 ut quos ieiunia votua
 castigant ip̄a quoq; deuotio sac
 ta lenificet: ut terrenis affectibz
 mitigatis faalius celestia ca
 piamus. **Pl. ysaye p̄phe**
Hic dicit dñs deus. Lauamini
 ni mūdi estote: auferite malū
 cogitationū v̄arū ab oculis
 meis. **Quiescite** agere puerse:
 dilate benefacere. **Querite** iu
 diciū subuenite oppresso. **iudi**
cate pupillo. **defendite** viduā:
 et venite et arguite me dicit dñs

min? Si fuerit p̄cā v̄a ut co
 nū: quasi nix dealbabūt? Et si fu
 rint rubra quasi vermiculus: ve
 lut lana alba erūt. Si volueritis
 et audieritis me: bona terre cōe
 detis. **Dicit dñs ops** **Beata**
 gens cur? est dñs deus eorū ppl̄s que
 degit dñs in hereditatē sibi. **Ver**
 bo dñi celi firmati sunt et spū oris
 eius oīs virtus eorū. **Sāz iohannē**
In ill. **P**teriens ihs: vidit ho
 minē cecū a natiuitate. Et
 interrogauerūt eū discipuli sui.
Rabbi: quis peccauit hic aut pa
 rentes eius ut cecus nasceret? **Rñd**
 dit ihs. **N**eq; hic peccauit neq; pa
 rentes eius: sed ut manifestent
 opa dei in illo. **N**e oportet operari
 opa eius qui misit me: donec di
 es est. **V**enit nox: quādo nemo
 potest operari. **Q**uādiu in mūdo
 sūt: lux sūt mūdi. **H**ec cū dixisset:
 expuit in terrā et fecit lutū ex spu
 to et linuit lutū sup oculos eius:
 et dixit ei. **V**ade et laua in nata
 toria syloe: qd̄ interpretatur mis
 sus. **A**bijt ergo et lauit: et venit
 videns. **I**taq; vicini et qui viderāt
 eū prius quia medicus erat: di
 cebant. **N**ōne hic est qui sedebat
 et mendicabat? **A**lij dicebant q̄a
 hic est: alij aut̄ nequaquā sed simi
 lis eius est. **I**lle vero dicebat: q̄a
 ego sū. **D**icebant ergo ei. **Q**uo
 modo apti sunt tibi oculi? **Rñdit.**
Ille homo qui dicitur ihesus

lutū fecit et unxit oculos meos:
et dixit michi. **V**ade ad natatoria
sylee et laua. **E**t abii: et laui.
et vidi. **D**ixerūt ei. **V**bi est ille?
Ait. **N**escio. **A**dducit eū ad phari
seos: qui cecus fuerat. **E**rat autē
sabbatū: quando lutū fecit ih̄s et
aperuit oculos eius. **I**terū ergo i
terrogabāt eū pharisei: quomo
do vidisset. **I**lle autē dixit eis. **L**utū
posuit michi sup oculos: et laui
et video. **D**icebant ergo ex phari
seis quidā. **N**on est hic homo a deo:
qui sabbatū non custodit. **A**lij
dicebāt. **Q**uomodo potest homo
peccator hec signa facere? **E**t sal
ma erat inter eos. **D**icunt ergo
ceco uerū. **T**u quid dicis de eo q̄
aperuit oculos tuos? **I**lle autē
dixit: quia p̄pha est. **N**on credi
derūt ergo iudei de illo quia cecus
fuerat et vidisset: donec vocaue
runt p̄ntes eius qui viderat et
interrogauerūt eos dicentes.
Hic est filius v̄r̄ quē vos dia
tis quia cecus natus est? **Q**uo
modo ergo nūc videt? **R**esponderūt
eis parentes eius: et dixerūt.
Sanus quia hic est filius n̄r̄
et quia cecus natus est: quo
modo autē nūc videat nescim?
aut quis eius aperuit oculos
nos nescimus. **I**pm̄ interroga
te: etate habet ip̄e de se loquat̄.
Hec dixerūt parentes eius: q̄a
timebāt iudeos. **J**am autē con

spirauerant iudei: ut si quis eū cō
fiteretur xp̄m̄ extra synagogā sic
ret. **P**osterea parentes eius
dixerūt: quia etate habet ip̄m̄ in
terrogate. **V**ocauerūt ergo rursū
hoīem qui fuerat cecus: et dixe
rūt ei. **D**a glam̄ deo. **N**os scim?
quia hic homo peccator est. **D**ixit
ergo ille. **S**i peccator est nescio
v̄nū scio: quia cecus cū esse
modo video. **D**ixerūt ergo illi.
Quid fecit tibi? **Q**uomodo aper
uit tibi oculos? **R**espondit eis. **D**ixit
i vobis iam et audistis: quid
iterū vultis audire? **R**espondit et
vos vultis discipuli eius fieri?
Maledixerūt ei: et dixerūt. **T**u
discipulus illius sis: nos autē
moysi discipuli sumus. **N**os
sanus quia moysi locutus ē
deus: hūc autē nescimus unde
sit. **R**espondit ille homo: et dixit
eis. **I**n hoc autē mirabile est: q̄a
vos nescitis unde sit et aperuit
oculos meos. **S**anus autē: q̄a
peccatores deus nō audit. **S**ed si
quis dei cultor est et voluntatē
eius facit: hūc exaudit. **N**escio
lo nō est auditū: quia aperuit
q̄s oculos cecū nati. **N**isi esset hic
a deo: nō poterat facere q̄d̄cūq̄
dixerūt et dixerūt ei. **I**n petanis
natus es totus: et tu doces nos?
Et eiecerunt eū foras. **A**uduit
ih̄s quia eiecerunt eū foras: et
cū inuenisset eū dixit ei. **T**u m̄

dis in filiū dei? Respondit ille: et dixit
 Quis est dñe ut credā in eū? Et
 dixit ei ih̄s Et vidisti cū: et qui lo-
 quitur tecū ip̄e est. At ille ait. Cre-
 do dñe. Et p̄cens: adoravit eū.

Benedicite gentes dñm deū nr̄m
 et obedite voci laudis eius qui posu-
 it aiām meā ad vitā et nō dedit com-
 moveri p̄ces meos benedict⁹ dñs
 qui nō amovit deprecationē meā
 et misericordiā suā a me. **Sarata..**

Supplices te dñe rogamus
 ut hys sacrificijs peccata
 nr̄a mundent quia tunc verā no-
 bis tribuis et mētis et corpis sani-
 tate. **Co**luta fuit ex sp̄ito dñs
 et lauvit oculos meos et abij et laui
 et vidi et credidi do. **Complanta..**

Sacramenta que sūp̄simus
 dñe deus nr̄ et sp̄ualib⁹ nos
 repleant alimentis: et corp̄alib⁹
 tueantur auxilijs. **Sup̄plm**

Pateant aures misericordi-
 e tue dñe p̄cibus supplican-
 tū et ut petentib⁹ desiderata conce-
 das: fac eos que tibi sūt placita
 postulare. **Pro fia quinta.**

Iterum cor querentū dñm querite
 dñm et cōfirmamini querite faciē ei⁹
 sēp̄. **C**onfitemi dño iuocate nomē
 eius annunciate inter gentes opa ei⁹
 quā questum⁹ op̄s deus. **Coll**

Duc quos ieiunia votiva cal-
 tignant: ip̄a quoq⁹ devotio sanc-
 ta letificet: ut terrenis affectib⁹
 mitigatis: facilius celestia ca-

piamus. **Pro do: Lectio libri regū.**
In dieb⁹ ill. Venit mulier su-
 namitis ad helizai p̄pham:
 in montē carmeli. Cūq⁹ vidisset
 eā vir dei contra: ait ad gyezi
 puerū suū. Ecce sunamitis illa
 venit. Vade ergo in occursum eius:
 et dic ei. Hecce ne agitur circa te
 et circa virū tuū et circa filiū tu-
 ū? Que r̄ndit. Hecce. Cūq⁹ venis-
 set ad virū dei in montē: appre-
 hendit p̄ces eius. Et accessit gye-
 zi: ut amoveret eā. Et ait homo
 dei. Dimitte illā. Aīa eius in a-
 maritudine est et dñs celavit
 me: et nō indicavit michi. Que
 dixit illi. Nūquid petivi filiū a
 dño meo? Nūquid non dixi ti-
 bi ne illudas me? Et ille ait ad
 gyezi. Accinge lumbos tuos: et
 tolle baculum meū in manu
 tua et vade. Si occurrerit tibi ho-
 mo: nō salutes eū. Et si salutave-
 rit te quispiā: nō r̄ndas illi. Et
 pones baculū meū: sup̄ faciē pu-
 eri. Porro mater pueri ait. Vivit
 dñs et vivit aīa tua: nō dimit-
 tā te. Surrexit ergo: et secutus ē
 eā. Gyezi autē p̄cesserat ante
 eos: et posuerat baculū sup̄ faciē
 ē pueri et nō erat ei vox neq⁹ sen-
 sus. Reversus q⁹ est in occursum
 eius: et nunciavit ei dicens. Nō
 surrexit puer. Ingress⁹ est ergo
 helizaeus domū: et ecce puer mor-
 tuus iacebat in lectulo eius. **Iu**

gressus q̄ clausit ostiū sup se et
sup puerū: et orauit ad dñm. Et
ascendit et incubuit sup puerū:
posuit q̄ os suū sup os eius et o-
culos suos sup oculos eius. et
manus suas sup manus eius
Et incuruauit se sup eū: et cale-
facta est caro pueri. Et ille reuer-
sus: deambulauit in domo se-
mel huc et illuc. Et ascendit et
incubuit sup eū: et oscitauit pu-
er sepius apertisq; oculos. At ille
uocauit grezi: et dixit ei. Uoca
sunamite hanc. Que uocata:
ingressa est ad eū. Qui ait. Tol-
le filiū tuū. Venit illa et corru-
it ad pedes eius: et adorauit sup
terram. Tulitq; filiū suū: et egres-
sa est. Et helzeus reuersus est:
in galgala. **Oratio.** Respice dñe in tes-
tamentū tuū et aīas pauperū tuorū
ne obliuiscaris in finē. **Oratio.** Surge do-
mine et iudica causā tuā memor
estis obprobriū seruorū tuorū. **Salm.**
Nill. Dixit ihs turbis **iohan.**
iudeorū. Pater meus usq; modo
opat: et ego operor. **P**ropterea er-
go magis querebāt eū iudei in-
terficere: quia nō solū soluebat
sabbatū sed et p̄m suū dicebat
deū. equalē se facēs deo. **R**ndit
itaq; ihs: et dixit eis Amen amē
dico uobis: non potest filius
a se facere quicq; nisi qd̄ uiderit
p̄m facentē. Quicūq; enī il-
le fecerit: hec et filius similiter

facit. **P**ater enī diligit filiū: et oīa
demonstrat ei que ipse facit. Et ma-
iora hys demonstrabit ei opa-
ut et uos miremini. Sicut enī
pater suscitāt mortuos et uiui-
ficat: sic et filius quos uult ui-
uificat. **N**eq; enī pater iudicat
quēq;: sed omīe iudiciū dedit fi-
liū: ut oēs hōrificēt filiū sicut hō-
rificant p̄m. **Q**uō nō honorificat
filiū: nō honorificat p̄m: q̄ mi-
sit illū. Amen amen dico uobis:
quia qui uerbū meū audit et
credit ei qui misit me habet uitā
eterna. Et in iudiciū non uen-
it: sed transit a morte in uitā.
Amen amen dico uobis: quia
uenit hora et nunc est quando
mortui audient uocem filij dei
et qui audierint uiuent. Sicut
enī pater habet uitā in semetip̄o:
sic dedit et filio uitā habere in se-
metip̄o. Et potestatem dedit ei et
iudiciū facere: quia filius ho-
minis est. Nolite mirari hoc: q̄
a uenit hora in qua omnes q̄
in monumentis sunt audient
uocē filij dei. Et p̄cedent qui bo-
na fecerūt in resurrectionē uitę:
qui uero mala egerūt: in resur-
rectionē iudicij. **Off.** Dñe auxili-
ū meū respice confundant̄ et reuer-
tantur qui querūt aīam meā ut au-
ferant eā. **Secunda.**
Purifica nos miserans
deus ut ecclesie tue preces que

tibi grate sunt pia munera defe-
rentes fiant expiatis meritis
gratior es. **D**ñe memorabor
iusticie tue solius deus invocasti me a
iuventute mea et usq; in senectā et
seniū de⁹ ne derelinquas me. **Copl**

Celestia dona capientibus
q̄s dñe nō ad iudiciū pue-
nire p̄cians: qđ fidelib; tuis ad
remediū p̄vidisti. **Sup p̄lin**

Populi tui deus institutor
et rector peccata quib; im-
pugnatur expelle: ut semp tibi
placatus et tuo munimine sit

Alterius. **P̄ma lecta in ius**
Meditatio cordis mei in conspectu
tuo semp dñe adiutor meus et redemp-
tor meus. **P̄ Celi** enarrant gloria dei et
opa manū eius annuntiat firmamē

Deus qui ineffabi **Colla** tū.
lib; mundū renouas sa-
cramentis p̄a queunt: ut et
desia tua et eternis p̄ficiat insti-
tutes: et temporalib; nō desti-
tuatur auxilijs. **P̄ Actio. regū.**

In dieb; illis Egrotavit fi-
lius mulieris mīstamili-
as: et erat languor fortissim⁹
ita ut nō remaneret in eo alit⁹
Dixit ergo ad helyam. Quid
michi et tibi vir dei? Ingressus
es ad me ut rememorarentur
iniquitates mee: et interficeres
filiiū meū. Aut ad eā helyas Da-
mich filiiū tuū. Tulit eū de si-
nu illius: et portavit in cena-

culū ubi ipse manebat et posu-
it sup lectū suū: et clamavit ad
dñm et dixit. Dñe deus meus e-
ciā ne viduā apud quā ego ut
cūq; sustentor afflixisti ut inter-
ficeres filiiū eius? Et expandit
se atq; inclisus est sup puerū tri-
bus viab; clamavit q; ad do-
minū et ait. Dñe deus meus:
revertat⁹ oro aīa pueri huius
in viscera eius. Et exaudiuit do-
minus vocē helye: et reversa est
aīa pueri intra eū et reuixit Tu-
litq; helyas puerū et deposuit
eū de cenaulo in inferiore do-
mū: et tradidit m̄i sue et ait
illi. En viuit filius tuus. Dix-
itq; mulier ad helyā. Nunc in
isto cognoui qm̄ vir dei es tu:
et verbū dñi: in ore tuo verū
est. **Ex** Bonū est confidere in dño qđ
confidere in homine. **U** Bonū est spera-
re in dño qđ sperare in principib;.

In ill. Erat quidā **Siohannē**
languens lazarus a betha-
nia: de castello marie et marthe
soror eius **M**aria autē erat que
unxit dñm ungento et extersit
pedes eius capillis suis: cuius
frater lazarus infirmabatur
Miserūt ergo sorores eius ad
eū: dicentes. Dñe: ecce que a-
mas infirmatur. Audiens autē
ihs: dixit eis Infirmitas hec
non est ad mortē: sed pro glā
dei ut glorificetur filius dei p

104
eā Diligebat autē ihs marthā
et sororē eius mariā: et laza
rū. Ut ergo audiuit quia infir
mabatur: tunc quidē mansit
in eodē loco duobz dieb. Deinde
post hec dicit discipulis suis E
amus in iudēā iterū. Dicunt
ei discipuli Rabbi: nūc quare
bant te uideri lapidare et iterū
wadis illuc? Rōdit ihs Nōne
duodecim hore sūt diei? Si quis
ābulauerit in die non offendit:
quia lux huius mūdi uidet.
Si autē ambulauerit in nocte
offendit: quia lux nō est in eo
Hec ait: et post hec dicit eis. Iaza
rus amicus n̄r dormit: sed wa
do ut a sompno exsuscitē eū. Dic
erūt ergo discipuli eius. Dñe:
si dormit saluus erit. Dixerat
autē ihs de morte eius Illi autē
putauerūt: quia de dormitione
sompni diceret. Tunc ergo dixit
eis ihs manifeste. Iazarus mor
tuus est. Et gaudeo ppter uos ut
credatis: quoniam non crā ibi.
Sed eam ad eū. Dicit ergo tho
mas qui dicitur didimus: ad
condiscipulos Eamus et nos:
ut moriamur cū eo. Venit itaqz
ihs: et inuenit eū quatuor di
es iā in monumento haben
tē. Erat autē bethania iuxta ihe
rosolimā: quasi stadiis qui
decim. Multi autē ex iudeis uene
rant ad marthā et mariā: ut

concolarent eas de fr̄e suo. Mar
tha autē ut audiuit quia ihs
uenit: occurrit illi. Maria au
tem: domi sedebat. Dicit ergo
martha ad ihs. Dñe si fuisset
hic: frater meus nō fuisset mor
tuus. Sed et nūc scio: quia que
cūqz poposceris a deo dabit tibi
deus. Dicit illi ihs. Resurget fr̄
tuus. Dicit ei martha. Scio: nō
resurget i resurrectione in nouissimo
die. Dicit ei ihs. Ego sū resurrectio
et uita. Qui credit in me: et
cū si mortuus fuerit uiuet. Et
om̄s qui uiuit et credit in me: nō
moriēt in eternū. Credis hoc? Rō
dit illi. Itaqz dñe. Ego credidi quia
tu es xp̄s filius dei: qui in hunc
mūdu uenisti. Et cū hec dixisset
abiit et uocauit mariā sororē
suā silentio dicens. Magister
adest: et uocauit te. Illa ut au
diuit surrexit cito: et uenit ad
eū. Rōdū cū uenerat ihs in
castellū: sed erat adhuc in illo
loco ubi occurerat ei martha.
Iudei igitur qui erant cū ea in
domo et consolabant eā: cū ui
dissent mariā quia cito sur
rexit et exiit: secuti sunt eā di
centes quia uadit ad monu
mentū ut ploret ibi. Maria er
go cū uenisset ubi erat ihs: ui
dens eū cecidit ad pedes eius et
dixit ei. Dñe si fuisset hic: nō
esset mortuus frater meus. Ihs

ergo ut vidit eam plorantem et in
 deos qui venerat cum ea ploran-
 tes: fremuit spiritu et turbavit sepe-
 sum et dixit. Vbi posuisti eum?
 Dicit ei. Domine: veni et vide. Et
 lacrimatus est ihesus. Dixerunt ergo
 iudei. Ecce quomodo amabat eum.
 Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non
 poterat hic qui aperit oculos ce-
 cina facere ut et hic non more-
 retur? Ihesus ergo rursus fremens
 in seipso: venit ad monu-
 mentum. Erat autem spelunca: et la-
 pis suppositus erat ei. At ihesus.
 Tollite lapidem. Dicit ei martha:
 Soror eius qui mortuus fuerat
 nonne iam fateri quatuordecim dies
 non est? Dicit ei ihesus. Nonne dixi ti-
 bi quomodo si credideris videbis
 gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.
 Ihesus autem elevatis sursum oculis
 dixit. Pater gratias ago tibi: quia
 nonne iam audisti me. Ego autem sciebam
 quia semper me audis: sed propter
 populum qui circumstant dixi ut cre-
 dant quia tu me misisti. Hec
 cum dixisset: voce magna clama-
 vit. Lazare veni foras. Et statim
 prodixit qui fuerat mortuus liga-
 tus pedibus et manus insertis: et
 facies illius sudario erat ligata.
 Dicit eis ihesus. Solvite eum: et li-
 nite abire. Multa ergo ex iudeis
 qui venerant ad mariam et vide-
 rant que fecit: crediderunt in eum. **off**
Populum humile saluum facies domine et

oculos superborum humiliabis quoniam quis
 deus preter te domine. **Sanna**

Munera nos domine quos oblata
 purificent et te nobis iugi-
 ter faciant esse placatum. **Ps** **Coro**

Videns dominus fleentes sorores lazari
 ad monumentum lacrimatus est coram
 iudeis et clamabat lazare veni foras
 et producit ligatis manibus et pedibus
 qui fuerat quatuordecim dies mortuus.

Hec nos quos domine **Complenda**
 participatione sacramenti et a-
 propius creaturis indefinenter expedi-
 at: et ab omnibus tueatur adiutis. **Ps**

Domine quos omnipotens deus: **Sup** **pslm**
 ut qui infirmitatis nostre
 consilij de tua virtute confidimus:
 sub tua semper pietate gaudeamus. **Ps**

Scientes venite ad a **Sabbato**
 quas dicit dominus et qui non habe-
 tis precium venite bibite cum leticia. **Ps**
 Attendite popule meus legem meam indi-
 nate aurem vestram in verba oris mei.

Fiat domine quos per **Collata**
 gratiam tuam fructuosius nostre
 devotionis affectus: quia tunc
 prederunt nobis suscepta ieiunia:
 si tue sint placata pietati. **Plena**

Hec dicit dominus deus: **psalms** **pslm**
 In tempore placato exaudivi te:
 et in die salutis auxiliatus sum
 tui. Et servavi te et dedi te in fedus
 populi: ut suscitares terram et posside-
 res hereditates dissipatas et dice-
 res hijs qui victi sunt exite et hijs
 qui in tenebris reuelamini. **Sup**

amus p **S**imca in passione iherosolimitana

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo et doloso eripe me quia tu es deus meus et fortitudo mea. **V** Erumpe luce tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum. **N**on de gloria patris israel hic in festum pasche nisi de sanctis

condie tamen una colla. **Coll.**

Quesumus opus deus familiam tuam propitius respice: ut te largiente regar in corpore: et te seruante custodiatur in mente. **P** **Ad he**

Heres ipsi assistens ponit **br** **ros**

atque futurorum bonorum participans et perfectius tabernaculum non manufactum id est non huius creationis neque per sanguinem hyrcorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit sanctum in sancta eterne redemptionis iuuenta. Si enim sanguis hyrcorum et taurorum et asinis vitule absque inquinamento sancti ficat ad emundationem carnis: quantum magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis ad seruendum deo viuendum. Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptionem earum preparationum que erant sub primo testamento re-promissionem accipiant qui vocati sunt eter-

ne hereditatis. **I**n christo ihesu: domino nostro. **S** **E**ripe me domine de inimicis meis doce me facere voluntate tua. **V** liberator meus domine de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. **D** **S**epe expugnauerunt me a iuuentute mea **V** Dicat nunc ista sepe expugnauerunt me a iuuentute mea **V** Etiam non potuerunt michi supra dorsum meum fabricauerunt peccatores **V** Plongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus consideret ceruices peccatorum. **S** **S**ecundum iohannem.

In illis. Dicebat ihesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. **P** **Q**uare a vos non auditis: quia ex deo non estis. **R** **S**iderunt igitur iudei: et dixerunt ei. **N**one benedicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes? **R** **S**iderunt ihesus Ego demonium non habeo: sed honorifico patrem meum et vos inhorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat et iudicet. **A** **A**men amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in eternum. **D** **D**ixerunt ergo iudei. **N**unc cognouimus: quia demonium habes. **A** **A**braham mortuus est et propheta: et tu dicis si quis sermonem meum seruauerit

non gustabit mortē in eternū.
Nūquid tu maior es p̄re nr̄o a-
brahā qui mortuus est? Et pro-
phete mortui sunt. Quē tēp̄m
facis? R̄ndit ihs. Si ego glori-
fico meip̄m: gl̄a mea nichil est.
Est pater meus qui glorificat
me: quē vos dicatis quia deus
nr̄ est et nō cognouistis eū. Ego
autē noui eū. Et si dixerō quia
nō scio eū: ero similis vobis
mendax. Sed scio eū: et sermo-
nem eius seruo. Abrahā pater
vr̄ exultauit ut videret diē me-
ū: et vidit et gauisus est. Dixe-
runt ergo iudei ad eū. Quinquā-
ginta annos nondū habes?
et abrahā vidisti? Dixit eis ihs.
Amen amen dico vobis: ante
q̄m abrahā fieret ego sū. Tule-
rūt ergo lapides: ut iacerent in
eū. Ihs autē abscondit se: et ex-
iit de tēplo. **Off.** Confitebor ti-
bi dñe in toto corde meo retribuere ser-
uo tuo viuā et custodiā sermones
tuos viuifica me scāidū verbū tu-
um domine. **Secreta**
Hec munera dñe quesum⁹
et vincula nr̄e prauitatis ab-
soluant. et tue nobis misericor-
die dona concilient. **P.** **Oratio**
de sancta cruce dicat⁹ cotidie usq; ad
cenā dñi inclusiue. **Co.** **Hoc**
corpus qđ pro vobis traditue hic
calyx noui testamēti est in me
o sanguine dicit dñs hoc facite

quocensiq; sumitis in meā cōme-
Amorationem. **Complenda**
desto nobis dñe deus noc-
ter: et quos tuus misterijs tate-
astri: p̄petuis defende presidys **P.**
Miserere michi dñe quoniam **ff**
conculcauit me homo tota di-
e bellans tribulauit me **ū** Concul-
cauerūt me iūmā mei tota die quo-
niā multi bellantes aduersū me.
Sanctifica q̄s dñe **Colla**
nra ieiunia: et ciuitatū
nobis p̄picius indulgentiā lar-
gure culpārū. **P.** **Oratio** **ione** **pphe**
In dieb; illis factū est ver-
bū dñi ad ionā p̄pham
secūdo dicens. Surge et vade in
niniueni ciuitatē magnā: et
p̄dica in ea p̄dicationē quā
ego loquor ad te. Et surrexit io-
nas: et abiit in ninuē iuxta
verbū dñi. Et ninuē erat ciui-
tas magna: in nere dieum m-
ū. Et cepit ionas intrare ciui-
tatē itinere diei vnius: et da-
mauit et dixit. Adhuc quadra-
ginta dies: et ninuē subuer-
tetur. Et crediderūt viri ninui-
te dño: et predicauerūt ieiun-
ū et vestiti sunt sacis a ma-
iore usq; ad minore. Et puat
verbū ad regē ninuē. Et sur-
rexit de solio suo. et abiecit ves-
timentū suū a se. et indutus
est sacco et sedit in cinere: et
damauit et dixit in ninuē

et ore regis et principum eius di-
 centis. **H**omines et iumenta et boues
 et pecora non gustent quodcumque nec
 pascantur: et aquam non bibant. Et
 clamant facis homines: et iumenta
 clamant ad deum in fortitudine.
 Et conuertat vir a via sua ma-
 la: et ab iniquitate que est in
 manibus eorum. Quis scit si con-
 uertatur et ignoscat deus et re-
 uertatur a furore ire sue. et non
 peccabimus? Et vidit deus opera eorum.
 quia conuersi sunt de via
 sua mala: et misertus est populo
 suo: dominus deus noster. **Psalmus.** Deus exau-
 di orationem meam: et exaudi
 vocem meam: sicut exaudiuisti
 orationem meam: et exaudiuisti
 vocem meam. **Deus in nomine tuo saluum me
 fac et in virtute tua iudica me.**
In illis. Misertus sum. **Secundum iohannem**
principes et pharisei in-
uenerunt: ut apprehenderent iesum.
 Dicit ergo iesus. Adhuc modicum
 tempus vobiscum sum: et vado ad eum qui
 misit me. Queretis me: et non
 inuenietis. Et ubi sum ego: vos
 non potestis venire. Dixerunt ergo
 iudei ad semetipsos. Quo hic
 iurus est. quia non inueniemus
 eum? Numquid in dispersione gen-
 tum iurus est et docturus gentes?
 Quis est hic sermo quem dicit.
 queretis me et non inuenietis.
 et ubi ego sum vos non potestis
 venire? In nouissimo autem die
 et magno festiuitatis: stabat
 iesus et clamabat dicens. Si quis

sicut. veniat ad me et bibat. Qui
 credit in me sicut dicit scriptura:
 flumina de ventre eius fluent aque
 viue. Hoc autem dicit de spiritu: quem
 accepturi erant: credentes in eum.

Offertorium. Domine conuertere et exipe animam
 meam saluum me fac propter misericordiam

Oratio. **Sancta**
 Concede nobis domine deus
 noster ut hec hostia salutaris et
 nostrorum fiat purgatio delictorum et
 tue propitiatio inuidians. **Psalmus.**

Deus virtutum ipse est rex glorie. **Psalmus.**
Sacramenti tui quod domine per-
cipimus salutaris: et pu-
rificacionem nobis prebeat et me-
delam. **Super populum**

Da quod domine populo tuo salutem
mentis et corporis: ut bonis
operibus inherendo tua se mereat

Expectatione defendi. **Psalmus.**
 Expecta dominum viriliter age et con-
 fortetur cor tuum et sustine dominum
 dominus illuminatio mea et salus mea

Non quam timebo. **Collata.**
 Nostra tibi quod domine sunt ac-
 cepta ieiunia: que nos et expe-
 ctando gratia tua dignos efficiant:
 et ad remedia producant eterna. **Psalmus.**

In diebus illis. **Sanctus danielis prophete.**
Congregati sunt babilonij
 ad regem: et dixerunt ei. Trade nobis
 danielan: qui bel destruxit et
 draconem interfecit. Alioquin inter-
 faciemus te: et domum tuam. **Di-**
 dit ergo rex quod iurauerat in eum

vehementer: et necessitate cōpul-
sus tradidit eis danielem. Qui mi-
serunt eum in lacum leonum: et erat ibi
sex diebus. Porro in lacu erant leones
septem: et dabantur eis cotidie duo
corpa et due oues. Et tunc nō da-
ta sunt eis: ut deuorarent danielem.
Erat autē abbauc propheta in iude-
a: et ipse coxerat pulmentum et in-
truerat panes in alueolo et ibat
in campum ut ferret messoribus.
Dixit ergo angelus domini ad abbauc:
Fecit prandium quod habes in
babilone danielem: qui est in lacu
leonum. Et dixit abbauc. Domine
babilone non vidi: et lacum nescio.
Et apprehendit eum angelus
domini in vertice eius: et portauit
capillo capitis sui. posuitque eum in
babilone super lacum in impetu spi-
ritus sui. Et clamauit abbauc
dicens Daniel serue dei: tolle
prandium quod misit tibi deus. Et
ait daniel. Recordatus es enim me
in domine deus meus: et non dereli-
quisti diligentes te. Surgens
ergo daniel comedit. Porro ange-
lus domini restituit abbauc con-
fectum in locum suum. Venit ergo
rex die septima: ut lugeret dani-
elem. Et venit ad lacum et intro-
spexit: et ecce daniel sedens in me-
dio leonum. Et exclamauit rex
voce magna dicens Magnus
est dominus deus danielis. Et extraxit
eum de lacu. Illos autem qui perdidit

nis eius causa fuerat intro-
mit in lacum: et deuorati sunt in
momento coram eo. Tunc rex ait
Paueant habitantes in vniuersa
terra dei danielis: quia ipse est
liberator et saluator faciens signa
et mirabilia in celo et in ter-
ra. Qui liberauit danielem: de la-
cu leonum. **67. Discerne causa me-**
u. Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa.
me adduxerunt et adduxerunt in monte
Itan tuum. **Sed in iohann.**
In ill. Ambulabat ihesus in
galilea. Non enim volebat in iu-
dea ambulare: quia querebant eum
iudei interficere. Erat autem in primo
dies festus iudeorum scenopie-
gia. Dixerunt autem ad eum fratres eius
Transi hinc et vade in iudeam:
ut et discipuli tui videant opera
tua que facis. Nemo quippe in
oculto aliquid facit: et quereat
ipse in palam esse. Si hec facis: ma-
nifestas tempus mundo. Res autem fra-
tres eius: credebant in eum. Dicit ergo
ego as ihesus. Tempus meum nondum
aduenit: tempus autem vestrum semper est
paratum. Non potest mundus odire
se vos. Me autem odit: quia ego
testimonium perhibeo de illo quia
opera eius mala sunt. Vos autem
dicit ad diem festum hunc: ego autem
nondum ascendi ad diem festum istum quia
meum tempus nondum impletum est. **68.**
cum dixisset: ipse mansit in ga-

lileā. Ut autē ascendit fr̄s eius: tunc et ip̄e ascendit ad diē festū nō manifeste sed quasi in occulto. In die ergo querebant eū in die festo: et dicebant. **Ubi est ille?** Et mirum multus erat de eo in turba. Quidā autē dicebant quia bonus est: alij autē dicebant nō sed seducat turbas. **Ratio tamen palā loquebatur de illo: p̄pter metū iudeorū.** **Off.**

Sperare in te oēs qui nouerūt nomen tuū dñe quoniā nō derelinquis querentes te p̄fallere dñs qui habitat in syon quoniā nō est oblitus orōnē pauperū. **Serena**

Hostias tibi dñe deferimus immolandas que tempora len consolationē nobis significent ut p̄missa certius nō desperemus eterna. **P. Co. R.** redime me deus

liber ex omnibz angustijs meis **Complēta**
Da q̄s ops deus: ut que diuina sunt iugiter exequentes domus mercamur celestibz p̄p̄n

quare per. **Sup. p̄lm.**
Da nobis q̄s dñe p̄seuerantem in tua uolūtate famulati: ut in diebz nr̄is et merito et numero p̄p̄s tibi seruiens augeat. **P.**

liberator meus de genitibz: **fia uij**
Liberator meus de genitibz in me exaltabis me a uirō uiuquo expies me dñe

Diligā te dñe uis mea dñs firma mentū meū et refugū meū. **Collecta.**
Sanctificato hoc ieiunio deus tuorū corda fideiū mīserator illustra: et quibz deuotiōis

prestat affectū: prebe supplican-
tibz p̄iū benignius auditū. **P.**
In diebz ill. locut. **II. laudat**
est dñs ad moysen dicens
Ego dñs deus ur̄. Nō facietis fur-
tū nō mēdianū: nec deapiar v-
nūlquūq; p̄ximū suū. Non p-
urabis in noīe meo: nec pol-
lues nomen dei tui. Ego dñs Nō
facies calūpniā p̄ximo tuo: nec
in opprimes eū. Nō morabit op-
mercenarij tui apud te: usq; ma-
ne. Non maledices surdo nec co-
rā ceco pones offendicilū: sed ti-
mebis dñm deū tuū quia ego
sū dñs. Non facies qd̄ iniquū
est: nec iniuste iudicabis. Nō cō-
sideres p̄sonā paup̄is: nec hono-
res uultū potentis. Iuste iudica
p̄ximo tuo. Non eris cūminator:
et susurro in p̄p̄lis. Non stabis
contra sanguinē p̄ximū tuū. Ego
dñs. Non oderis fr̄m tuū in cor-
de tuo: sed publice argue eū. ne ha-
beas sup̄ illo p̄ccm. Nō querās
ulcionē nec menor eris iuric
ciuiū tuorū. Diliges amiciū tu-
ū: sicut teip̄m. Ego dñs. Leges
meas custodite. Ego enī sū: dñs
deus uester. **Ex.** **E**xaltabo te dñe quā
suscepisti me nā delatasti inimicos meos
sup̄ me. **D.** Dñe d̄s me idamianū ad te et
sanasti me dñe abstraxisti ab itēris aīaz
meā saluasti me a descēdētibz i lamā. **S. ioh̄n.**

In ill. facta sūt euēnia i
iherosolimis: et hypemps

erat Et ambulabat ihs in tem-
plo: in portici salomonis Cir-
cūderunt eū ergo iudei: et dice-
bant ei. Quousq; aiām nrām
tollis? Si tu es xps: dic nobis
palam. Respondit eis ihs. Io-
quor vobis: et nō creditis. Opa
que ego facio in noīe p̄ris mei:
hec testimoniū phibeat de me
Sed vos nō creditis: quia nō
estis ex ouibus meis Oves mee
vocē meā audiunt: et ego cog-
nosco eas et sequūtur me. Et e-
go vitā eternā do eis et nō p̄ibit
in eternū: et non rapiet eas q̄l:
q̄ de manu mea Pater meus
qd̄ dedit michi manus oībus ē:
et nemo potest rape de manu
p̄ris mei. Ego et p̄r vnū sum?
Sustulerūt lapides iudei: ut la-
pidarent eū. Respondit eis ihs
Multa opa bona ostendi vo-
bis et p̄r meo: p̄pter qd̄ eorū op̄
me lapidatis? Responderūt ei
iudei. De bono ope nō lapidam-
te: sed de blasphemua. Et quia
tu homo aī sis: facis tap̄m deū
Respondit eis ihs. Nōne scrip-
tū est in lege v̄ra quia ego dixi
di estis? Si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est et nō po-
test solui scriptura: quē p̄r sac-
tificauit et misit in mūdū vos
dicatis quia blasphemus qui-
a dixi filius dei sum? Si non
facio opa p̄ris mei: nolite ce-

dere michi. Si autem facio: et a-
michi non vultis credere. Ope-
ribus credite. Ut cognoscatis
et credatis: quia in me est p̄-
ter: et ego ī p̄r. *Off. A*mpemere
uimias meas deus meus et ab insur-
gantibus in me libera me dñe. *S. ant.*

*A*mmue misericors deus ut
hostias placationis et lau-
dis sincero tibi deferamus obse-
quo *per do. Co. L* Lauabo inter in-
nocentes manus meas et arabo al-
tare tuū dñe ut audiā vocē laudis
tuę et enarrē vniuersa mirabilia tua.

*C*elestis dñi benedic
tione p̄cepta supplices te
deus op̄s deprecamur: ut hoc i-
dem nobis et sacramenti causa
sit et salutis. *per do. Sup. p̄m.*

*A*desto supplicationibus nr̄is
op̄s deus: et quib; fidua-
am sperande pietatis idulges:
conluete m̄ic tribue benignit̄

O effectū. *p̄ fia quinta*
m̄ia q̄ fecisti nobis dñe in v̄ro
iudicio fecisti quia peccauim? ubi et
mandatis tuis non obediuimus et
da gloriā nōi tuo et fac nobiscū feri-
dū multitudinē misericordie tue.
Magnus dñs et laudabilis nimis
in ciuitate dei nr̄a in monte sc̄o eius

*P*ra q̄s op̄s deus: *Collcā*
ut dignitas conditiōis
humane p̄ inoderaciā lauda-
ta: medianalis p̄p̄mone m̄ic
dio reformetur *p̄ lāo dñi m̄ic*
pp̄m.

diebus illis. Oravit daniel dominum
 dicens. Domine deus ne despicias
 populum tuum neque auferas miseri-
 cordiam tuam a nobis propter abra-
 ham dilectum tuum et ysaac seruum
 tuum et israel sanctum tuum: quibus locu-
 tus es pollicens quod multipli-
 cares semen eorum sicut stellas celi
 et sicut arenam que est in litore ma-
 ris. Quia imminuti sumus pluri-
 tates gentes: sumusque humiles
 in universa terra hodie propter pec-
 cata nostra. Et non est in hoc tempore prin-
 cipes et propheta et dux neque holocausti
 tui neque sacrificium neque oblatio ne-
 que incensum neque locus primiti-
 arum coram te ut possumus inuocare
 misericordiam: sed in animo contrito.
 et spiritu humilitatis suscipiamus.
 Sicut in holocausto arietum et tau-
 rorum et sicut in milibus agnorum
 pinguium. sic fiat sacrificium nostrum
 in conspectu tuo hodie ut placeat
 tibi: quoniam non est confusio confi-
 dentibus in te. Et nunc sequimur
 in toto corde et timemus te: et que-
 rimus faciem tuam domine. Ne con-
 fundas nos: sed fac nobiscum iux-
 ta mansuetudinem tuam et secundum
 multitudinem miserationum tuarum. Et e-
 tue nos in mirabilibus tuis: et
 da gloriam nostram tuis domine. Et confu-
 dentur omnes: qui ostendunt seruos tu-
 is mala. Confundantur in di-
 uinitate sua: et robur eorum con-
 teratur. Et sciant gentes quia

tu es dominus deus solus: et gloriosus
 super omnem terram: domine deus noster. **Oratio**

Colluce hostias et introite in atria et
 adorate dominum in aula sancta eius. **Oratio**
 labit dominus condensa et in templo eius
 omnes dicent gloriam. **Oratio** Rogabat
 ihesum **Oratio** **Officium** Super flumina babilonis
 illic sedimus et clamamus dum recordare

Domine deus noster qui in his po-
 tuitus creaturis quas ad fragilita-
 tis nostre subsidium condidisti tuo
 que non munera iustitiam dicanda
 constitui. tribue que ut et vite no-
 bis presentis auxilium et eternitatis
 efficiant sacramentum. **Oratio**

Memento verbi tui seruo tuo domine in
 quo michi speram dedisti hec me conso-
 lata est in humilitate mea. **Oratio**

Quod ore superius domine
 pura mente capiamus:
 et de munere temporali fiat no-
 bis remedium sempiternum. **Oratio**

Ecto que domine propitius sit populum
 plebi tue: ut que tibi non
 placent respiciens: tuorum potius
 repleatur delectationibus man-
 datorum. **Oratio** **Oratio** **Oratio**

Miserere michi domine quoniam tribu-
 los libera me et eripe me de ma-
 nibus inimicorum meorum et a persequen-
 tibus me domine non confundar quo-
 niam inuocaui te. **Oratio** **Oratio** **Oratio**
 in non confundar in eternum in iul-
 ticia tua libera me. **Oratio**

Qordibus nostris que domine

grām tuā benignus infunde:
ut peccā nrā castigatiōe volun-
taria cohibentes temporaliter
pocuis inaceret: q̄ supplicijs de-
putemur eternis **P. I. Iheremie p̄phie**

In dieb; ill. Dixit iheremias
Dñe: omēs qui te derelin-
quūt confundentur. Recedentes
a te in terra scribentur: quoniā
dereliquerūt venā aquarū vivien-
tū dñm. Sana me dñe et sana-
bor: saluū me fac et saluus ero:
quā laus mea tu es. Ecce ipsi di-
cūt ad me. Vbi est verbū dñi?
Veniāt. Et ego nō sum turbat⁹
te pastore sequens: et diem hoīs
non desideravi tuas. Quid egres-
sū est de labijs meis: rectū in cō-
spectu tuo fuit. Non sis michi
tu formidini: spes mea tu in di-
e afflictionis. Confundantur q̄
psequūtur me: et non confun-
dar ego. Paueāt illi: et non pa-
ueā ego. Induc sup eos diē afflic-
tionis: et duplici contricione cō-
tere eos: dñe deus nr̄. **Ps̄. Paucis**
loquebantur michi uniuersa mē et in ira
molesti erāt michi. **Vidisti dñe deus me-**
us ne sileas ne discedas a me. **S. Ioh̄an.**

In ill. Collegērūt pontifi-
ces et pharisei consiliū ad-
uersus ih̄m: et dicebant. Quid
facimus quia hic homo mul-
ta signa facit? Si dimittimus
eū sic: oēs credent in eū. Et veniāt
romani: et tollant nr̄m locū et

gentē. Unus autē ex ipsis capphas
cū esset pontifex anni illius dixit
eis. Vos nescitis quidq̄ nec cogita-
tis: quia expedit vobis ut vivus
moriatur homo p̄ p̄lo et non to-
ta gens peccet. Hoc autē a senenpō
non dixit: sed cū esset pontifex an-
ni illius p̄phetauit quia ih̄s mo-
riturus erat p̄ gente. Et nō tantū
p̄ gente: sed ut filios dei qui erāt di-
peccati congregaret in vniū. Ab illo
ergo die: cogitauerūt ut interfice-
rent eū. Ih̄s ergo iam non in po-
lam ambulabat apud iudos:
sed abiit in regionē iuxta desertū
in ciuitatē que dicitur effreni. Et
ibi morabatur cū discipulis suis.

Off. B. Benedictus es dñe dōe me in iustis
nonis tuas et nō tradas calūpniandis
me supbis et rādebo approbanti; michi

P. Verbum. **Sanna**
tā nobis misericors deus
ut digne tuus seruire semp alta-
ribus mereamur. et eorū peccatū
a peccatione saluari. **P. Cōio**

N. e tradideris me dñe in aīas psequenti-
ū me quia insurrexerūt in me testes iniqui
et manata est iniquitas sibi. **Complūm**

S. ūpti sacrificij dñe perpen-
quat: et noxia semp a nobis cū-
ta depellet. **Per dñm. Sup p̄lin**

O. ncedē q̄s op̄s deus ait qui
p̄tationis tue grām quon-
preceptis salutarib; mo-
niti et diuina institutio-
ne formati audem^{us} dicere

D *ater noster qui es in*
celis sanctificetur nomi-
nui. Adueniat regnu tu-
um. fiat voluntas tua si-
cut in celo et in terra pa-
ne nostru cotidianu da no-
bis hodie et dimitte nobis
debita nostra sicut et nos
dimittim^{us} debitorib; nris
Et ne nos inducas in temp-
tatione. *In simpliab:*
festis.

D Et omnia secula seculi
lor **Oremus.** Preceptis saluta
ribus moniti et diuina insti
tutione formati audemus di

D cedere **P**ater noster qui es
in celis sanctificetur nome tu
u Adueniat regnu tuu fiat
voluntas tua sicut in celo et
in terra **P**ane nram cotidiam
nu da nobis hodie et dimit
te nobis debita nra sicut et

nos dimitte debitoribus
nris. Et ne nos inducas in
ferialibus
dicius
temptatione

D Et omnia secula seculi
lor **Oremus.** Preceptis salu
taribus moniti et diuina in
stitutione formati audemus
D dicere **P**ater noster qui
es in celis sanctificetur no
men tuu. Adueniat regnu
tuu fiat voluntas tua sicut

in celo et in terra. **P**anē nos
trū cotidianū da nobis ho
die et dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimit
tim⁹ debitorib⁹ nr̄is. **E**t ne
nos inducas in temptatio
pro de **D** **ne. fūctis** **D** **er om**
nia secula seculor. **O**rem⁹
Preceptis salutarib⁹ moni
ti et diuina institutione
formati audemus dicere.

Dater noster qui es in
celis s̄ificetur nomē tuū
Adueniat regnū tuū fiat
voluntas tua sicut in celo
et in terra. **P**anē nostrum
cotidianū da nobis hodie
et dimitte nobis debita nos
tra sicut et nos dimittim⁹
debitoribus nostris. **E**t
ne nos inducas in temp
tationem. **I**nc **leuct**
patentiā.

Libera nos que
sumus domine
ab omnibus malis
preteritis presentibus
et futuris. et intercede
te beata et gloriosa
semper virgine dei ge
nutrice maria. et bea
tis ap[osto]lis tuis **P**etro
et **P**aulo atq[ue] **A**n
drea cum omnibus
sanctis. da propitius
pacem in dieb[us] nos
tris. ut ope misericordie
tue adiuti. et a **pe**
ccato sumus semp[er] li
beri. et ab omni **p**
turbatione securi.
Per eundem dominum
nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum
vivit et regnat in u
nitate spiritus sancti deus

P *Et omnia secula se*
culor[um] **P** *ar[is] domini*
lit[er]e semp[er] vo[bi]s
Agnus dei qui tol
lis peccata mundi
omnia *et requiem* **bis**
Agnus dei qui tol
lis peccata mundi.
omnia *et requiem* *et requiem*
hic misectur corpus
A *omni sanguine.*
iat hec comur
tio et consecratio cor
poris et sanguinis
domini nostri ihesu christi omni
bus nobis sumentibus
salus mentis et cor
poris in vitam eter
nam. Amen. **Oratio.**

Dñe ihu xp̄e qui
diristi aplis tu
is pacē meā dō vobis
pacē relinquo vob.
ne respicias peccata
mea sed fidē ecclesie
tue. eam q̄ secundū
voluntatē tuā pacī
ficare et coadunare
dignare. Qui vivis
et regnas deus p̄ oīa
secula seculor. *Amē*

Par ✠ tibi et eccle
sie dei **H**abete vici
lū pacis et caritatis
ut apti sitis sacrosac
tis misteris xp̄i. *Amē*

Dñe ihesu *Oro*
xp̄e fili dei vivi
qui ex voluntate pa
tris cooperante sp̄i
tu sc̄o per mortem p̄
priā mundū vivifi

casti. libera me per hoc
sacru corpus et sāgu
nē tuū ab omnibus
iniquitatib; meis et
vniuersis malis. et
fac me tuus semper
obedire mandatis et
a te nūq̄ in p̄petuū
separari. Qui oī co
dem deo patre et sp̄i
sc̄o vivis et regnas
in secula seculor. *A*

Preceptio *Oro*
corpus et sā
guinis tui dñe ihu
xp̄e quā indignū su
mere p̄sumo. nō mi
chi pueniet ad iudici
ū et cōdemnationē
sed pro tua pietate i
tercedentib; oīb; sāis
tuis profit michi ad
tutamentū anime



et corporis **Q**ui vi-
uus et regnas deus p-
oia secula seculor-
Panē celestē acci-
piam et nomē dñi
inuocabo **D**omi-
ne non sū dignus
ut intres sub tectū
meū. sed tantū dic
verbo et sanabitur
anima mea **C**orp-
dñi nri ihu xpi custo-
diat aīam meā et cor-
pus meū in vitā eter-
nā. Amen. **Q**uid re-
tribuā dño pro om-
nibus que retribuit
michi **C**alicē salu-
taris accipia et nomē
dñi inuocabo Lau-
dus inuocabo domi-
nū et ab inimicis me-
is saluus ero **S**an-

guis dñi nri ihu xpi
custodiat aīam meā
et corpus meū in vi-
ta eternā Amen. **O**
Corpus tuū dñe
quod sūpsi et sā-
guis que potavi ad-
herat in visceribus
meis et presta. ut in
me non remaneat
sclerū macula que
pura et scā refecerunt
sacramenta. **Q**ui vi-
uus et regnas deus p-
oia secula seculor-
Amen. **O**
Quod ore sūpsim
domine pura
mente capiamus et
de munere tempora-
li fiat nobis remedi-
ū sempiternū per
christū dñm nrm
Amen. **finita nulla**

indignandū dicat.

Placeat tibi sc̄a
trinitas obseq̄
uū seruitutis mee.
et presta ut hoc sacri
ficiū quod oculis tue
maiestatis indignū
obtulī sit tibi accep
tabile. nichil q̄ et oī
bus pro quibus ul
lud obtulī sit te mi
serante p̄pitiabile.

Qui uiuis et regnas
deus per oīa secula se
culorū. Amen.

Omnia prima prior panthecost



Domine in tua misericordia speravi exultavit cor meum in salutari tuo o cantabo domino qui bo-

na tribuit michi *p* usque quo dñe obtuleris me in fine usque quo auertis faciem tuam a me. *Collecta.*


*D*eus in te sperantem fortitudo: adesto propicius in uocationibus nostris: et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas: presta auxilium gratie: ut in exequendis mandatis tuis et voluntate tibi et actione placeamus. *P* *Pro* quo usque kl. augusti. c. qui incipit hystoria sapientie dominas diebus qui nocte de iij coll. est de tinitate. *Op*s sempiternae de q dedit tui famulus tuus. *Et* de eia p. de tui.

1^o eple beati iohannis aplos

*R*uini: Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis: quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum ut uiuamus per eum. In hoc est caritas: non quasi nos dilexerimus deum sed quoniam ipse prior dilexit nos. et misit filium suum pro peccatis nostris. *Quoniam* si deus dilexit nos: et nos debemus uniuersam diligere. Deum nemo uidit unquam. Si dili-

gamus uniuersam deus in nobis manet: et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus et testificati: quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei: deus in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouimus et credimus caritati: quam habet deus in nobis. Deus caritas est. Et qui manet in caritate: in deo manet et deus in eo.

In hoc perfecta est caritas nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate: sed perfecta caritas foras mittit timorem quoniam timor penam habet. Qui autem timet: non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum: quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidet quomodo diligere potest. Et hoc mandatum habemus a deo: ut qui diligit deum: diligat et fratrem suum. *Et* ego dixi dñe miserere mei sana animam meam qui peccavi tibi. *H*is qui intelligit super egenum et pauperem in die mala



liberabit eum dominus. **A**lla **B** Dñe deus
meus in te speravi saluum me fac ex
omnibus persequentibus me et libera me.
N ill. Dixit ihesus **S** lucam
urbis iudeorum. parabola hanc.
Homo quidam erat dives et
induebatur purpura et bisso:
et epulabatur cotidie splendide.
Et erat quidam mendicis nomine
lazarus qui iacebat ad ianuam
eius ulceribus plenus: cupiens
saturari de micis que cadebant
de mensa divitis et nemo illi
dabat. Sed et canes veniebant:
et lungebant ulcera eius. **F**ac
tum est autem ut moreretur mendicis:
et portaretur ab angelis in si
nuum abrahe. **M**ortuus est autem et di
ves: et sepultus est in inferno.
Elevans autem oculos suos non
viderit in tormentis: vidit abra
ham alonze. et lazarium in si
nuo eius. **E**t ipse clamans dix
it. **P**ater abraham misereere me:
et mitte lazarium ut intingat
extremum digiti sui in aquam
ut refrigeret linguam meam. qui
a certior in hac flamma. **E**t dix
it illi abraham. **F**ili recordare quia
recepisti bona in vita tua: et
lazarus similiter mala. **N**unc
autem hic consolatur: tu vero
crucians. **E**t in his omnibus in
ter nos et vos callos magni
firmati est: ut hi qui voluit
hunc transire ad vos non pos

sunt. neque inde huc transire.
Et ait. **N**ogo ergo te pater: ut
mittas eum in domum patris mei.
i. habeo enim quique fratres: ut
testetur illis. ne et ipsi veniant
in locum hunc tormentorum. **E**t
ait illi abraham. **H**abent moysen
et prophetas: audiant illos.
At ille dixit. **N**on pater abraham:
sed si quis ex mortuis ierit ad
eos penitentiam agent. **A**it autem
illi. **S**i moysen et prophetas non
audierit: neque si quis ex mortuis
resurrexerit: credent. **Off.**

Inter voca orationis mee rex meus
et deus meus quoniam ad te orabo domine.

Hostias nostras domine **S**acra
tibi dicatas placatus as
sume et ad perpetuum nobis tribu
e puenire subsidium. **P** **C**on
tabor omnia mirabilia tua letabor et ex
ultabo in te psallam nomini tuo altissime.

Cantis domine reple **q**pleni
ti muneribus gratia que sunt: ut
et salutaria dona capiamus:
et a tua nunquam laude cessemus. **P**

Fratres **f**ia **v**ij **ad colos**
Mortificate membra vestra
que sunt super terram: fornicationem
invidiam libidinem
concupiscentiam malam et avaritiam
que est idolorum servitus
propter que venit ira dei super filios
incredulitatis: in quibus et
vos ambulastis aliquando cum vi
veretis in illis. **N**unc autem depo

mitte et vos oīa: irā indignand
nē maliciā blasphemā turpē
sermone de ore vō. Nolite me
dri invicē: expoliantes vos ve
tere hoīem cū actibz suis et in
duentes novū eū qui renoua
tur in agnitionē scdm yma
ginē eius qui creavit eū. Vbi
non est masculus neq; femina:
genilis et iudeus circūcisio et
ipucū barbarus et scita seru
et liber. Sed oīa: in oībz xp̄s.

R. ill. D. i. d. s. S. mathiam
Nolite putare quia veni sol
vere legē aut pphetas: non
veni solvere sed adimplere. Amē
quippe dico vobis: donec tran
seat celū et terra iota unū aut
unus apex non p̄teribit a lege
donec oīa fiāt. Qui ergo sol
verit unū de mandatis istis
minimus et docuerit sic hominē:
minim⁹ vocabit in regno ce
lor. Qui autē fecerit et docuerit:
hic magnus vocabitur in reg
no celoz. **fiā vī Secūdu lucam.**

R. ill. D. i. d. s. Impossibi
le est ut non veniant scā
dala. De autē illi: per quē veni
unt. Utilius est illi si lapis mo
laris iponatur circa collū eius
et prociatur in mare: q̄ ut scā
dalizet unū de pusillis istis. Ac
tendite vobis. Si peccaverit
in te frater tuus: increpa il
lū. Et si penitentiā egerit: di

mitte illi. Et si septies in die
peccaverit in te et septies in die
cōvers⁹ fuerit ad te dicēs penitet
me: dimitte illi. Et dixerunt
apli dño. Adauge nobis fidē.
Dixit autē dñs. Si habuen
tis fidē sicut granū synapis
diceretis huic arbori moro era
dicare et transplantare in ma
re: et obediret vobis. Quis au
tem vīm habens servū arantē
aut oves pascuntē. qui regresso
de agro dicat illi statī transi re
cumbē. et non dicat ei para qd
cenam et p̄ange te et mīstra mi
hi donec manducē et bibam.
et post hec tu manducabis
et bibes? Nūq̄d graciā habet
servo illi quia fecit que ei ipa
uerat? Non puto. Sic et vos
cū feceritis oīa que p̄cepta sūt
vobis: dicite. Servo inutilis
sumus: quod debuimus fa
cere fecimus. **Omnia scanda**

Factus est dñs p̄tor meus
et eduxit me in latitudine
salvū me fecit qm̄ voluit me p̄. **Di**
liga te dñe virtus mea dñs fūa
mentū meū et refugū meū **Collecta.**

Sancti noīs tui dñe ti
morem p̄ter et amo
rem fac nos habere p̄petuū:
quia nūq̄ tua gubernatiōe
desitimus: quos in soliditate
tue dilectionis instituis. **per**
lectio eplē beati iohannis apli.

Rem. Nolite murari: si o-
dit vos mundus. Nos
scimus quoniam translati su-
mus de morte ad vitam: quoni-
am diligimus fratres. Qui non di-
ligit: manet in morte. Ois
qui odit fratrem suum: homicida
est. Et scitis quoniam ois homicida:
non habet vitam eternam in se
manentem. In hoc cognouimus
caritatem dei. quoniam ille pro nobis a-
nimum suum posuit: et nos debemus
pro fratribus animas ponere. Qui
habuerit substantiam huius
mundi et viderit fratrem suum ne-
cessitatem patientem et clausit
viscera sua ab eo: quomodo ca-
ritas dei manet in eo? Si holi-
mei non diligam? verbo ne-
que lingua: sed opere: et verita-
te. **Ex.** Ad dominum dum tribularetur clama-
uit et exaudivit me. **Ps.** Domine libera animas
meas a labiis iniquis et a lingua do-
losa. **Alia.** Deus iudex iustus for-
tis et pater misericors nunquam irascetur per singu-
los dies. **Secundum lucam.**

In illis diebus. Similitudi-
nem hanc. Homo quidam fe-
cit cenam magnam: et vocavit
multos. Et misit servum suum ho-
ra tertia dicere invitatis ut ven-
irent: quia iam parata sunt om-
nia. Et ceperunt simul omnes excusa-
re. Primus dixit ei. Villam enim:
et necesse habeo exire et videre
illam. **Rogatus te: habe me excu-**

satum. Et alter dicit. Juga bovin-
um quibus: et eo probare illa. **Rogatus**
te: habe me excusatum. Et al-
ter dicit. **Proximum dicit: et ideo non pot-**
est venire. Et relictus servus: mis-
eratus est heri domino suo. Tunc iratus
presertim familias: dicit servo suo. Exi
ato in plateas et vicus civitatis:
et pauperes ac debiles et cecos et clau-
dos introduce huc. Et ait servus.
Domine factum est ut ipse: et adhuc
locus est. Et ait dominus servo. Eri-
as et sepes et compelle intra-
re: ut impleatur domus mea. Di-
xit autem vobis: quoniam nemo virorum
illoz qui vocati sunt: gustabit
cenam meam. **Ps.** Domine converte
et eripe animam meam saluum me fac. **Pro-**
pter misericordiam tuam. **Secunda**

Oblatio nos domine tuo no-
mini dicanda purificat.
et de die in diem ad celestis vite
transfert actionem. **Ps.** **Ca-**
tabo domino qui bona tribuit michi et
profallam nomini domini altissimi. **quod**
superis muneribus domine quis:
ut cum frequentatione mul-
terum crescat nostre salutis effectus.

Heresis **ad corinthios**
Si christus predicatur quod resur-
rexit a mortuis: quomodo quidam di-
cunt in vobis quoniam resurrectio
mortuorum non est? Si autem re-
surrectio mortuorum non est: nec
christus resurrexit. Si autem christus non
resurrexit: inanis est predicatio

nra manus est et fides vna. **I**n ueritate
 autem falsi testes dei qui tes-
 timonium dixerunt aduersus de-
 um quod suscitauerit christum: que non
 suscitauerit si mortui non resur-
 gunt. Nam si mortui non re-
 surgunt: neque christus resurrexit.
 Quod si christus non resurrexit: uan-
 na est fides vna. Adhuc enim in
 peccatis uestris estis. Ergo et qui
 dormuerunt in christo perierunt? Si
 in hac uita tantum in christo speran-
 tes sumus: miserabiliores
 sumus omnibus hominibus. Nunc
 autem christus resurrexit a mortuis:
 prima documentum. Quinque
 dem per hominem mors: et per hominem
 resurrectio mortuorum. Et sicut
 in adam omnes moriuntur:
 ita et in christo omnes uiuificabun-
 tur. Unusquisque autem in suo or-
 dine: per iesum christum: dominum
 nostrum. **Secundum math**
In illis. Egremente ihesu ab
 iherosolymis: secuti sunt eum turbe iude-
 te. Et ecce duo celi sedentes secus
 uiam audierunt quia iesus transi-
 ret: et clamauerunt dicentes.
 Domine miserere nostri fili dauid.
 Turbe autem increpabant eos:
 ut tacerent. At illi magis cla-
 mabant dicentes. Domine mise-
 rere nostri fili dauid. Et stetit iesus:
 et uocauit eos et ait. Quid uul-
 tis ut faciam uobis? Dicunt il-
 li. Domine: ut aueriantur oculi nostri

Misertus autem eorum iesus: tetigit
 oculos eorum. Et confestim uide-
 runt: et secuti sunt eum. **f. vii. qua.**
In illis. Cum uenisset iesus. **ru.**

Respice in me et Domine **tercia**
 miserere mei domine quoniam uni-
 cus et pauper sum ego uide humilitatem
 meam et laborem meum et dimitte omnia
 peccata mea deus meus. **P** ad te domine
 leuaui animam meam deus meus in
 te confido non erubescam. **Colla.**

Deprecatione uestram quod do-
 mine benignus exaudi:
 et quibus supplicandi prestat af-
 fectum: tribue defensionis auxili-
 um. **p. lio. epl. bti petri apli**

Romani. Humiliamini sub
 potenti manu dei: ut uos
 exaltet in tempore uisitationis. Quod
 sollicitudine uestram precantes
 in eum: quoniam ipsi cura est de
 uobis. Sobrii estote et uigilate:
 quia aduersarius uestrum dyabolus
 tanquam leo rugiens circumquirit
 quem deuoret. Cui resistite fortes
 in fide: sciens eandem passionem
 ei que in mundo est uestrae fraterni-
 tati fieri. Deus autem omnis gratie
 qui uocauit nos in eternam su-
 am gloriam in christo ihesu modicum
 passus: ipse perficiet confirma-
 bit solidabitque. **I**psi gloria et im-
 perium: in secula seculorum amen.
G. **L**acta cogitanti tui in domino
 et ipse te eructet. **D**um clamarem
 ad dominum exaudiuit uocem meam ab

hys qui appropinquat michi. **H**illa
Diligam te dñe virtus mea do
murr' firmamentum meum et refugi
um meum et liberator meus. **S. lucā**
In ill. Erant appropinquan
tes ad ihm publicani et pec
catores: ut audirent illum. Et mir
murabant pharisei et scribe di
centes. Quia hic peccatores recipit:
et manducat cum illis. Et ait ad
illos parabola ista dicens. Quis
ex vobis homo qui habet cen
tum oves et si perdidit unam ex il
lis nonne dimittit nonaginta
nouem in deserto et vadit ad il
lam que perierat donec inueniat
illam? Et cum inuenierit eam: imponit
in humeros suos gaudens. Et
veniens domum: conuocat amicos
et vicinos dicens illis. Congra
tulamini michi: quia inueni
ouem meam que perierat. Dico au
tem vobis: quia ita gaudium erit
in celo super uno peccatore peni
tentiam agente quam super nonagin
tanoue iustis qui non indigent
penitentia. Aut quae mulier ha
bens dragmas decem et si perdidit
dragmam unam. nonne accendit
lucernam et euertit domum et quaerit
diligenter donec inueniat? Et
cum inuenierit: conuocat amicos
et vicinos dicens. Congra
tulamini michi: quia inueni
dragmam quam perdidit. Ita dico
vobis: gaudium erit coram ange

lis dei super uno peccatore: penitente
nam agente. **Off.** Sperant in te
omnes qui nouerunt nomen tuum do
mine quoniam non derelinquis querentes
te psallite domino qui habitat in
syon quoniam non est oblitus orationem

Misericordiam pauperum. **Secunda.**
Miserere domine oblata sanc
tifica ut tui nobis unigeniti
corpus et sanguis fiat. **Peñ.**
Co. Ego clamavi quoniam exaudi
me deus idcirco aure tuam et exaudi

Herba mea. **Complaudim**
Et nos communo domine pur
get a crimine: et celestis bene
dixi faciat esse consortes per deum.

Heresis **ij ad colosenses.**
Omne quodcumque facitis
in verbo aut in ope: omnia in no
mine domini ihesu christi. gratias agen
tes deo et patri per iesum. **Nulli**
res subdite estote viris: sicut
oportet in domino. Viri diligite
uxores: et nolite amari esse ad
illas. filii obedite parentibus per
omnia: hoc enim placitum est in domino.
Patres nolite ad indignationem
provocare filios vestros: ut non pusillo auro
fiat. **Servi** obedite per omnia dominis
carnalibus: non ad oculum seruientes
quasi hominibus placen
tes sed in simplicitate cordis ti
mentes dominum. Quodcumque faci
tis ex animo operamini sicut do
mino et non hominibus: scien
tes quod a domino accipietis tributum

one hereditatis p̄ ihm xpm: do-
 minū nostrū **Scrip̄tū machai.**
In ill. **D. i. d. s.** Esto consen-
 sarius adūlaris tuo cito dū
 es in via cū eo: ne forte tradat
 te aduersariū iudici. et iudex tra-
 dat te mīstro et in carcere mut-
 tatus Amen dico tibi: non exies
 inde donec reddas nouissimū q̄
 deante. Audistis quia dictū est
 antiquis: non mechaberis. Ego
 autē dico vobis: qm̄ oīs qui vi-
 det mulierē ad concupiscendū
 eā. iam mechatus est eā in corde
 suo. Sed si oculus tuus dexter scā-
 dalizat te: erue eū et pice abs te.
 Expedi tibi ut pereat unū
 membrorū tuorū: q̄ totū corp⁹
 tuū mittat in gehennā. Et si dex-
 tera manus tua scandalizat te:
 abscede eam et pice abs te. Expe-
 dit tibi ut pereat unū men-
 brorū tuorū: q̄ totū corpus tuū
 erit in gehennā. **fena sexta. S. d.**
In ill. **Cū intro marai.**
 Iler ihesus iherosolimā i
 templū: et circūspexit omnibz
 cum iam vesp̄a esset hora exiit
 in bethania cum duodecim.
 Et alia die cū exiret a betha-
 nia: esurit. Cūq; vidisset alon-
 ge ficū habentem folia: venit
 si qd forte uiueneret in ea. Et
 cū uenisset ad eā: nichil inue-
 nit in ea preter folia. Non e-
 ni erat tempus ficorū. Et respō-

dens: dixit ei. Jam non āplus
 in eternū quisq; ex te fructū mā-
 duca. Et audiebant discipuli
 eius. Et uenit iherosolimā. Et
 cū introisset in templū: cepit
 eicere uendentes et ementes in
 templo et mensas nūmulario-
 rū et cathedras uendentū co-
 lumbas euerit. Et non sine-
 bat: ut quisq; transferret vas
 per templū. Et docebat dicens
 eis. Nōne scriptū est. quia do-
 mus mea domus orōnis vo-
 cabitur om̄ibus gentibz. Vos
 autē fecistis eam spelūcam la-
 tronū. Quo audito: princi-
 pes sacerdotū et scribe querebāt
 quomō eū pderent. Timebāt
 enim eū: quonā uniuersa
 turba amirabatur sup doctri-
 na eius. Et cū vesp̄a facta esset:
 egrediebat de ciuitate. Et cū ma-
 ne transiret: uiderūt ficū aridū
 factū a radicibz. Et recordatus
 petrus: dixit ei. Rabbi: ecce fic⁹
 cui maledixisti aruit. Et respō-
 dens ihesus: ait illis. Habete
 fidem dei. Amen dico vobis:
 quia quicūq; dixerit huic mō-
 ti tollere et mittere in mare et
 non hesitauerit in corde suo sed
 crediderit quia qdāq; dixerit fi-
 at: fiet ei. **Dñica q̄tra iudicis**
Dñs illuatio mea et salus me-
 a quē timebo dñs defensor
 uice mee a quo trepidabo qui tribu-

lant me summa mea infirmati sunt
et ceciderunt. **U**Si consistent adu-
su me castra non timebit cor me-

Protector in te **Colica** / n.
Sperantia deus sine quo
nichil est validum nichil sanctum
multiplica super nos misericor-
dia tua: ut te rectore te duce sic
transeam per bona temporalia: ut
non amittam eterna. **P** do?

Heres **Exultatio Ad romos**
aut quod non sint condigne
passiones huius temporis: ad futura
gloriam que revelabitur in nobis
Nam expectatio creature: reve-
lationem filiorum dei expectat. Va-
nitati enim creatura subiecta est
non volens sed propter eum qui sub-
iicit eam in spe: quia et ipsa
creatura liberabitur a servitute
corruptionis in libertatem glo-
rie filiorum dei. **S**am enim quod omnis
creatura ingemiscit et precatur
usque adhuc. Non solum autem illa:
sed et nos ipsi precias spiritus habere
tes et ipsi ultra nos gemimus ad
operationem filiorum dei expectantes
redemptionem corporis nostri. **I**n christo
domino nostro. **S** **P**ropius
esto domine peccatis nostris nequid dicat
gentes ubi est deus eorum. **U** **A**dinua
nos deus salutaris noster et propter ho-
rem nostrum tu domine libera nos. **A**lla.
U **D**omine in virtute tua letabitur
rex et super salutare tuum exultabit
vehementer. **S** **Secundum lucam.**

In ill. **S. i. d. s.** Estote mi-
sericordes: sicut et pater
vester misericors est. Nolite iudi-
care: et non iudicabimini. Noli-
te condemnare: et non condemnabi-
mini. Dimitte: et dimitte
mini. Date: et dabitur vobis.
Mensuram bonam et confertam et co-
agratam et superfluentem: dabit
in sinum vestrum. **E**adem quippe
mensura qua mensi fueritis:
remonetur vobis. **D**icebat autem
illis et similitudine. **N**unquid
potest cecus cecum ducere? **N**one
ambo in foveam cadunt? **N**on
est discipulus super magistrum.
Pfectus autem omnis erit: si sit sicut
magister eius. **Q**uid autem vides
festucam in oculo fratris tui. **T**rabem
autem que in oculo tuo est non
consideras? **A**ut quomodo potes
dicere fratri tuo frater sine ca-
sa festucam de oculo tuo. **I**pe in o-
culo tuo trabem non videns? **P**
potuit ecce primo trabem de o-
culo tuo: et tunc prospicias ut e-
ducas festucam: de oculo fratris
tui. **O** **U**llius oculos meos nequam
obdormiam in morte nequam dicat in-
imicus meus provalui adversus
me. **R**espice domine **S** **Secunda.** **I**ca.
Remunera supplicationis corde
sue et saluti credentium propeua sa-
nificatione sumenda concede. **P**
U **O**mnis firmamentum meum et re-
fugium meum et liberator meus deus

meus adiutor meus. *Co-plauda.*

Sancta tua nos dñe supra
vivificent: et misericordi
e sempiternae appareat expiatis p

Rñe. *fia q̄ta. ad timotheu*
Dñs michi assistit et con
fortavit me: ut per me p̄dicati
o adimpleatur et audiat omēs
gentes quia liberatus sum de o
re leonis liberavit me dñs ab
omni ope malo: et saluū fa
ciat in regnū suū celeste. *Ip̄i glo
ria: in secula seculoy amen.*

In ill. *Accesserūt s̄ lucam.*
quidā phariseoy ad ihm:
dicentes illi. Eri et vade hinc:
quia herodes vult te occidere. Et
ait illis. Ire et dicit vulpi il
li. Ecce eicio demonia et sani
tates pficio hodie et cras: et ter
cia die consumor. Verumptame
n̄ oportet me hodie et cras et se
quenti ambulare: quia non
capit p̄pham perire extra iher̄s̄
Iherusalem iherusalem que oc
cidis p̄phas et lapidas eos qui
mittunt ad te: quocirca vo
lui congregare filios tuos que
admodū avis nidū suū sub
pennis et voluisti. Ecce relin
quetur vobis domus v̄ra de
sarta. Dico aut vobis: quia
non videbitis me donec ven
iat cum dicens Benedictus q̄
venit: in nomine domini. *fia
Septa Secundū marci.*

In ill. *Exurgens ihesus*
venit in fines iude ultra
iordanē: et conveniit iterū tur
be ad eū. Et sicut consueverat:
iterū docebat illos. Et accedentes
pharisei interrogabāt eū: si li
cet viro uxore dimittere temp
tantes eū. At ille r̄dens: dixit
eis. Quid vobis p̄cepit moyses?
Qui dixerūt. Moyses permis
sit libellū repudiij scribere: et
dimittere. Quibus r̄dens ihe
sus ait. Ad duriciā cordis v̄ri:
scripsit vobis p̄ceptū istud. Ab
inico aut creaturē: masculū
et feminā fecit eos deus. Et dix
it. p̄ter hoc relinquet homo
patre suū et matre: et adhe
rebit uxori sue et erūt duo in
carne vna. Itaq; iam non sūt
duo: sed vna caro. Quod er
go deus coniunxit: homo nō

Etsi separet. *Dñica q̄ta*
Exaudi dñe vocē meā qua
damam ad te adiutor meus et
to ne derelinquas me neq; despi
cias me deus salutaris meus. *p̄
Dñs illuīatio mea et salus me.*

Vla que timebo *Collecta.*
Da nobis dñe q̄s: ut et
nūdi cursum pacifice nobis
tuo ordine dirigatur: et ecclē
sia tua tranquilla deuotione
letetur. *p̄ Iō ep̄le b̄a petri*

Rñū. Omnes vna apli
numes in oratione et

133
tote: cōpatiētes fratercruentis
amatores misericordes. modesti.
humiles. Non reddentes ma-
lū pro malo. uel maledictū
pro maledicto sed e contrario be-
nedicentes: quia in hoc voca-
ti estis ut benedictionē heredi-
tate possideatis. Qui enī uult
uitā diligere et uidere dies bo-
nos: coherceat linguā suā a
malo et labia eius ne loquā-
tur doli. Declinet autē a ma-
lo et faciet bonū. inquirat pa-
cem et sequatur eam: quia o-
culi dñi sup iustos et aures e-
ius p̄ces eorū. Vultus autē dñi:
sup facientes mala. Et quis est
qui uobis nocet si boni emu-
latores fueritis? Sed et si quid
patimur. p̄pter iusticiā: beati.
Timorē autē eorū ne timue-
ritis: ut non conturbemini.
Dñm autē xp̄m sanctificate:
in cordibus ur̄is. **Gr̄.** Protector
nostre aspice deus et respice sup ser-
uos tuos. **U.** Dñe deus uirtutū exaudi
preces seruoꝝ tuorū. **Alia.** **I.** In te
dñe speravi non confundar in e-
ternū in tua iusticia libera me
et eripe me uindicta ad me. **Luc.**
P. ill. Cū turbe conuenerint
ad ihm ut audirent uerbū de-
i: et ip̄e stabat secus stagnū
generaret. Et uidit duas na-
ues stantes secus stagnū: pis-

catores autē descenderant et lana-
bant retia. Ascendens autē in u-
nā nauum que erat symonis:
rogauit eū a terra reducere pu-
sillū. Et sedens: docebat de nau-
cula turbas. Ut cessauit autē lo-
qui: dixit ad symonē. Duc in-
altū: et laxate retia ur̄a in cap-
turā. Et respondens symon: dix-
it illi. **P.**ceptor p̄ totā noctē labo-
rantes nichil cepimus: in uer-
bo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc
fessent: conducerūt piscū
multitudinē copiosam. **R.**ū
pebatur autē rete eorū. Et adue-
runt socij qui erant in alia
nau: ut uenirent et aduua-
rent eos. Et uenerūt et imple-
rūt ambas nauiculas: ita ut
pene mergerentur. Quod cū ui-
deret symon petrus: p̄adit ad
genū ihu dicens. **E.**ci a me:
quia homo peccator sū dñe.
Stupor enī circūdederat eū: et
omēs qui cū illo erant in cap-
tura piscū quā ceperant. **S.**i
militer autē iacobū et iohān
filios zebedei: qui erant socij sy-
monis. Et ait ad symonē ih̄s
Noli timere: ex hoc iam ho-
mines eris capiens. Et subduc-
tis ad terrā nauibz: relictis o-
nibz: secuti sunt eum. **Off.**
B.enedicā dñm qui michi tribu-
it intellectū. p̄uidebā dñm in conspectu
tui in eo temp̄ qm̄ a dextris est michi

ne commoueat.

Secreta.

Oblationibus quibus dominus placare susceptis et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. **Ps. Quia** per a domino hanc requiram ut inhabitet in domo domini omnibus diebus vite mee. **Explem**

Materia nos domine sancta purificentur et suo munere tueantur. **Ps. fia vij ad tyrio**

Romine Obsecro pro mundi theu.

omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt constituti ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire.

Unus enim deus unus et mediator dei et hominum homo christus iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus cuius testimonium quibus suis confirmatum est.

In quo positus sum ego predicator et apostolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentium: in fide et veritate. **Secundum marcum.**

In ill. Surgens iesus abiit in fines tyri et sydonis. Et ingressus domum neminem voluit scire: et non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit

de eo cuius habebat filia spiritum immundum: intravit et prostrata ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis cyrenensis genere: et rogabat eum ut demonium eiceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum: et mittere canibus. At illa respondit: et dixit ei. Domine nam et canelli sub mensa comedunt: de minimis puercorum. Et ait illi. Propter hunc sermonem vade: erit demonium de filia tua. Et cum abiisset in domum suam: inuenit puellam iacentem super lectum: et demonium exisse. **fia vii Secundum lucam**

In ill. Dicebat iesus turbis iudeorum. Cum videritis nubem orientem ab occasu statim dicitis nimbibus venit: et ita fit. Et cum austrum flantem dicitis quia estus erit: et ita fit. Proportione facie celi et terre nolitis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem et a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem et iudex tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: non exies inde donec etiam nouissimum minutum red-

ins **A**derant autē quidā ipō tēpo-
re: nūciantes illi de galileis
quorū sanguinē pylatus misit
autē cū sacrificijs eorū. Et rīdēs
dixit illis. **P**utatis q̄ hy gali-
lei pre omīb; galileis peccato-
res fuerūt quia talia passi sūt?
Non dico vobis. **S**ed nisi pe-
nitentiā habueritis: omnes
simul peribitis sicut illi decē
et octo supra quos cecidit tur-
ris in syloa et occidit eos pu-
tatis quia et ipi debitorēs fue-
runt preter omnes hominēs ha-
bitantes in iherusalēme? **N**on
dico vobis. **S**ed si non penitē-
tiam egeritis: omēs similiter
peribitis. **Dñica sexta iñius**

Dñs fortitudo plebis sue et p̄tec-
tor salutariū xp̄i sui est: saluū
fac pplm tuū dñe et bñdic hereditati
tue et rege eos usq; in seculū. **Ad te do-
mine clamabo dñs me: ne sileas a
me neq; taceas a me. Collecta**

Deus qui diligentib; te bo-
na inuisibilia p̄parasti:
infunde cordib; nr̄is tui amoris
affectū: ut te in omīb; et sup
oīa diligentes p̄missiones tu-
as que omne desiderū supant
consequamr. **Ad romanos**

Hr̄es Quicūq; baptizati
sumus in xp̄o ihu: in
morte ip̄ius baptizati sumus.
Consepulti enī sumus cū illo
p̄ baptismū in mortē: ut quo-

modo surrexit xp̄s a mortuis p̄
gloriā p̄ris ita et nos in noui-
tate vite ambulemus. **S**i enī
cōplantati facti sumus simili-
tudini mortis eius: simul et re-
surrectionis eamūs. **H**oc sciatis
quia vetus homo nr̄ simul cru-
cifixus est ut destruat̄ corpus
peccati: ut ultra non seruiamr
p̄ccō. **Q**ui enī mortuus est: ius-
tificatus est a peccato. **S**i autē
mortui sumus cū xp̄o: credimr
quia simul etiā uiuimus cū
xp̄o. **S**cientes q̄ xp̄s resurgēs
a mortuis iam non moritur:
mors illi ultra non dñabitur.
Qd enī mortuus est p̄ccō: mor-
tuus est semel. **Q**uod autē uiuit:
uiuit deo. **I**ta et vos existimate
vos mortuos quidē esse pecca-
to: uiuentes autē deo. **I**n xp̄o
ihū: dño nr̄o. **Ep̄. Conuertere do-
mine aliquicūlū et despare sup seruos
tuos. Dñe refugū factus es nobis a
generatione et p̄gene. **A**lla. Omēs
gentes plaudite manib; iubilare deo
in voce exultationis. **S̄ mathai.****

In ill. **S. i. d. s. Amen dico
vobis: nisi habuerit iusticia v̄ra plusq; scribarū et pha-
riseorū non intrabitis in regnū
celorū. **A**udistis quia dictū est: a-
dicit reus erit iudicio. **E**go autē
dico vobis: quia oīs qui iural-
atur fr̄i suo reus erit iudicio. **E****

aut dixerit fratri suo racha: reus e-
rit consilio. Qui aut dixerit fatu-
e: reus erit gehenne ignis. Si er-
go offers munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quia fra-
ter tuus habet aliquid aduersu-
te: relinque ibi munus tuum a-
nte altare et vade prius reconcilia-
ri fratri tuo. Et tunc veniens: offre-
res munus tuum. **Offertorium** gre-
sus meos in sanctis tuis ut non moue-
antur vestigia mea inclina aurem tu-
am et exaudi verba mea misericordia
cordias tuas qui saluos facis speran-
tes in te domine.

Sancta.

Propiciare domine supplicatio-
nibus nostris et has oblatio-
nes famulorum famularumque tua-
rum benignus assume ut quod
singuli optulerunt ad honorem
nomini tui cunctis proficiat ad
salutem. **Psalmus** Circumbo et immo-
labo in tabernaculum eius hostiam iubila-
torius cantabo et psalmum dicam domino

Quos celesti domine domino **ap-
p**lacasti propter quod: ut a nostris
mundentur oculis: et ab hostium
liberemur insidiis. **Psalmus** **secunda gratia**

Heres. **habemus ad hebreos**
gratiam per quam seruamur
placantes deo: cum metu et reueren-
tia. Et enim deus noster: ignis consu-
mens est. Caritas fraternitatis
maneat in vobis: et hospitali-
tatem nolite obliuisci. Per hanc
enim placuerunt quidam: angelis

hospicio receptis. **M**emento te
vinctorum tamquam simul vincti: et
laborantium tamquam et ipsi in corpo-
re morantes. **H**onorabile con-
iubiui in omnibus: et thorus im-
maculatus. **F**ornicatores enim et
adulteros: iudicabit deus. **S**unt
mores sine auaricia: conten-
ti presentibus. **I**pe enim dixit. Non
te deseram neque te derelinquam:
ita ut confidenter dicamus. **D**o-
minus michi adiutor est: non
timebo quod faciat michi homo.
Memento te propositorum virorum qui
vobis locuti sunt verbum dei:
quorum intuentes exitum conuer-
sationis uniuersam fidem. **I**hs
christus heri et hodie: ipse et in secula
seculorum amen. **S**anctus **marci**

In illis. **C**um egressus esset
ihesus in viam: pauca quidam
geni flexo ante eum roga-
bat eum dicens. **M**agister bo-
ne: quid faciam ut vitam eter-
nam percipiam? **I**hs autem dixit
ei. **Q**uid me dicis bonum? **N**e-
mo bonus: nisi unus deus. **P**re-
cepta nosti? **I**lle dixit. **Q**ue?
Ne adulteres ne occidas ne fu-
ris ne falsum testimonium dix-
eris ne fraude feceris: honora
patrem tuum et matrem. **A**t ille res-
pondens ait illi. **M**agister: hec
omnia obseruavi a iuuentute
mea. **I**hs autem intuitus eum dilexit
eum: et dixit ei. **V**ni tibi desit. **V**a-

de quacūq; habes vende et da pau-
peribz: et habebis thesaurū i
celo: et veni sequere me. **fiā vi**

In ill. Venit **S marcum.**
Ihs in regionē gerasenoz
Et exeunte eo de nauī statū oc-
currit ei de monumentis ho-
mo cū spū inuindo: qui domu-
aliū habebat in monumen-
tis et neq; cathenis iam quisq;
poterat eū ligare qm̄ sepe cōpe-
dibus et cathenis vinctus dil-
rupisset cathenas et compedes
cōminuisset et nemo poterat
eum domare. Et semper nocte
ac die in monumentis et in
montibz erat clamans: et cō-
cidens se lapidibz. Videns autē
ihm̄ a longe: cucurrit et ado-
rauit eū et clamans voce mag-
na dixit. Quid michi et tibi.
Ihu fili dei sumi. Adiuuā te p-
dei: ne me torqueas. Dicebat
enim illi ihs Eū spū inuin-
de ab hōie. Et interrogabat eū
Quod tibi nomen est? Et dicit
ei. Legio michi nomen est: qm̄
multi sumus. Et depcabant
eū multū: ne se expelleret ex
tra regionē. Erat autē ibi cir-
ca montē grex porcorū mag-
nus pascens: et depcabantur
eū sps dicerites. Mitte nos in
porcos: ut in eos incedam.
Et concessit eis statū ihs. Et ex-
euntes sps inuindi: inuenerūt

in porcos. Et magno ipetu grex
papatatus est in mare ad du-
duilia: et suffocati sunt in
mari. Qui autē pascebant eos
fugerūt: et nūcauerūt in ci-
uitatē et in agros. Et egressi sūt
videre quid esset factū. Et ve-
niunt ad ihm̄. Et vident illū
qui a demonio vexabatur se-
dentē vestitū et sane mentis:
et timuerūt. Et narrauerunt
illis qui viderāt qualiter fac-
tū esset ei qui demoniū habue-
rat: et de porcis. Et rogare eū
ceperūt: ut discederet de finibz:
oz. Cūq; ascenderet nauī: cepit
illū depcari qui a demonio vex-
atus fuerat ut esset cū illo. Et
non admisit eū: sed ait illi. Va-
de in domū tuā ad tuos: et nū-
cia illis quanta tibi dñs fece-
rit et misertus sit tui. Et abi-
it et cepit pdicare in decapoli:
quanta sibi fecisset ihesus: et
omnes mirabantur. **Diūca**

Omnes gentes plau-
dite manibz iubilante dō in vo-
ce exultationis. **Septima**
Subiecit p̄p̄los nobis
et gentes sub pedibz nr̄is. **Callā**

Deus virtutū cuius est to-
tū quod est optimū. inle-
re pectoribz nr̄is amorē nū no-
m̄s: et p̄a in nobis religio-
nis augmentū: ut que sūt bo-
na nutrias ac pietatis studio
que sunt nutrita custodias. **P**

Fres humana **Ad romanos**
 Anni dico: propter infirmita-
 tem carnis v're. Sicut enim ex-
 hibuistis membra v'ra seruire
 inmundicie. et iniquitati ad in-
 iquitate: ita nunc exhibete me-
 bra v'ra seruire iusticie in sanc-
 tificatione. Cum enim serui essetis
 peccati: liberi fuistis iusticie.
 Que ergo fructu habuistis tunc.
 in quibus nunc erubescitis? Nam
 finis illorum mors est. Nunc ve-
 ro liberati a peccato serui autem fac-
 ti deo habetis fructu v'rum in sanc-
 tificatione: finem vero vitam eter-
 nam. Stipendia enim peccati mors:
 gratia autem dei vita eterna. In
 xpo ihu: dno nro. **Hy** Venite fi-
 lii audite me timore d'ni docebo vos. **v**
 Accedite ad eum et illuminamini et facies
 v're non confundent. **Alia** **v** Erripe
 me de sumis meis deus meus et ab in-
 surgentibus in me libera me. **Sodm**
In ill. Cum turba **marci**
 multa esset cum ihu nec
 haberet quod manducarent: co-
 vocatis discipulis ait illis **mi**se-
 recor super turbam: quia ecce iam
 triduo sustinent me. nec ha-
 bent quod manducant. Et si
 dimisero eos ieiunos in domum
 suam: deficiant in via. Quidam e-
 nim ex eis de longe venerunt. Et
 miserunt ei discipuli sui. **Un**
 de istos poterit quis hic sati-
 rare paribus in solitudine?

Et interrogavit eos. Quot pa-
 nes habetis? Qui dixerunt. Sep-
 tem. Et precepit turbe discibe-
 re super terram. Et accipiens septem
 panes gratias agens fregit: et
 dedit discipulis suis ut ap-
 ponerent. Et apposuerunt tur-
 be. Et habebant pisciculos
 paucos: et ipsos benedixit et
 iussit apponi. Et manduca-
 verunt: et saturati sunt. Et sus-
 tulerunt quod superauerat de frag-
 mentis: septem spoutas. Erant
 autem qui manducaverunt qua-
 si quatuor milia: et dimisit
 eos. **Off** Sicut in holocaustu
 arietu et tauroru et sicut in mulibz
 agnorum pinguiu sic fiat sacrifici-
 u nru in conspectu tuo hodie ut
 placeat tibi quia no est confusio
 confidentibus in te d'ne. **Secreta**

Propitiare d'ne supplica-
 tionibus nris et has ppli-
 tu oblationes benignius ac-
 sume et ne nullius sit irritu
 voti nullius vacua postula-
 tio p'ra ut quod fideliter petim?
 efficaciter consequamur. **p** **Co**

Indena aurem tua accelera ut
Reruas nos. **Complanda**
Repleti d'ne muneribus
 tuis tribue q'sur eorum et munde-
 mur effectu et muniamur aux-
 ilio. **per. fia nri ad romos.**

Fres. Nichil dampnationis
 est hys qui sunt in xpo

ihū: qui non secundū carnē
ambulant. **Lex** enī sp̄s vite ī
xp̄o ihū: liberavit me a lege
peccati et mortis. Nam qđ īpoc
sibile erat legi in quo infirmitas
batur per carnē. deus filiū su
ū mittens in similitudine
carnis p̄cā. et de p̄cā dāpnavit
peccatū in carne. ut iustificati
ō legis īpleretur in nobis: qui
non secundū carnē ambula
nt: sed secundū sp̄m. Qui enī
secundū carnē sunt: que car
nis sunt sapiunt. Qui vero se
cundū sp̄m: que sunt sp̄s sen
ciunt. Nam prudentia carnis
mors est: prudentia autē sp̄s
vita et pax. In xp̄o ihū: dño
nostro. **Secundū matheum.**

N ill. Accesserūt ad ihū pha
risei et saducei temptantes: et
rogaverūt eū ut signū de celo
ostenderet eis. At ille ridens: ait
eis. **Facto** vesp̄e dicitis serenū
erit: rubicundū est enī celū.
Et mane hodie tempestas: ru
tilat enī triste celū. **Facē** ergo ce
li diiudicare nōstis: signa au
tē t̄p̄m scire non potestis. **Ge**
neratio mala et adulcera sig
nū querit: et signū non dabi
tur ei nisi signū iōne. **Et** relic
tis illis abiit. **Et** cū venissent
discipuli eius trans fretū: obli
ti sunt panes accipere. Qui dix
it ill. **In**veniri et caute: a

fermento phariseoy et saduceoy.
At illi cogitabant intra se dice
tes: quia panes non accipiunt.
Sciens autē ih̄s dixit. Quid co
gitatis inter vos modice fidei
quia panes non habetis? **Nō**
dū intelligitis neq; recōrdamū
quōq; panū et quōq; milia ho
minū et quōt cophinos sup̄stis?
Neq; septē panū et quōt
milia hominū et quōt sportas
sup̄stis? **Quare** non intelli
gitis quia non de pane dixi vo
bis caute a fermento pharise
oy et saduceoy? **Tunc** intellē
erunt quia non dixerūt cauen
dū a fermento panū: sed a doc
trina: phariseoy et saduceoy.

In ill. **facta s̄ta. S̄ matth̄**
Abiit ih̄s sabbato per sa
ta: discipuli autē eius esurien
tes ceperunt vellere spicas et mā
ducare. pharisei autē videntes:
dixerūt ei. **Ece** discipuli tui fa
ciunt: qđ non licet eis facere
sabbatis. **At** ille dixit eis. **Nōne**
legistis quid fecerit dauid quā
do esurijt et qui cū eo erant. quō
modo intrauit in domū dei et
panes p̄positi oris comedit q̄s
non licebat ei edere neq; hys q̄
cū eo erant nisi solis sacerdotib;.
Aut non legistis in lege quia
sabbatis sacerdotes in templo
sabbatū violāt et sine crimine
sunt? **Dico** autē vobis: quia

templo maior est hic. Si autem
faretis quod est misericordia volo
et non sacrificium: nunquam conde-
nassetis innocentes. **Doc octava.**

Suscipimus deus misericor-
dia tua in medio templi
tui secundum nomen tuum deus ita
et laus tua in fines terre iusticia
plena est dextera tua. **Magnus**
dominus et laudabilis iunus in ciui-
tate dei nostri in monte sancto eius.

Deus cuius prudentia **Coll.**
a in sui dispositione non
fallitur: te supplices exoramus:
ut noxia cuncta submoueas:
et omnia nobis profutura conce-
das per dominum. **ad roms**

Heres. Debitores sumus non
carni: ut secundum carnem uiuamus?
Si enim secundum carnem uixeris:
si enim secundum carnem uixeris:
moriemini. Si autem spiritu
facta carnis mortificaueritis:
uiuatis. Quicumque enim spiritu dei a-
guntur filii sunt dei. Non enim
accepistis spiritum seruitutis iterum
in timore: sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum in quo cla-
mamus abba pater. Ipse enim spi-
ritus testimonium reddit spiritui
nostro: quod sumus filii dei. Si autem
filii: et heredes. Heredes quidem
dei: coheredes autem christi. **Eccl**
michi in dei pretore et in locis re-
fugii ut saluum me facias. **Deus**
in te speravi domine non confundar
in eternum. **Alla** Te decet ymi-

nus deus in syon et tibi reddetur
uocatum in iherusalem. **Replebunt** in bo-
nus domus tue sanctum est templum
tuum mirabile in equitate. **Sod**

In ill. **D. i. d. s. marthai**
Attendite a falsis prophetis
qui ueniunt ad uos in uesti-
mentis ouium: intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. **A** fructibus
eorum: cognoscetis eos. Nunquam col-
ligunt de spinis uuas aut de
tribulis ficus? Sic omnis ar-
bor bona: fructus bonos facit.
Mala autem arbor: fructus ma-
los facit. Non potest arbor bo-
na fructus malos facere: neque
arbor mala fructus bonos fa-
cere. Omnis arbor que non fa-
cit fructum bonum: excidetur et in
igne mittetur. Igitur ex fructi-
bus eorum cognoscetis eos. Non om-
nis qui dicit michi domine domine
intrabit in regnum celorum: sed qui
facit uoluntatem patris mei qui
in celis est ipse intrabit: in reg-
num celorum. **Off** **P**opulum hu-
mili saluum facies domine et oculos
superborum humiliabis quoniam quis deus
preter te domine. **Secreta.**

Deus qui legalium differre-
ntiam hostiarum unum sacri-
ficia perfectione sanxisti. accipe
sacrificium a deuotis tibi famu-
lis. et pari benedictione sicut
munera abel sanctifica ut
quod singuli optulerunt ad ma-

restatis tue honorem cunctis
tis proficiat ad salutem. *p. Coio*

Gustate et videte quoniam su-
avis est dominus vobis vir qui sperat in eo

Quia nos *Complenda.*
domine medianalis opera-
tio et a nostris persecutoribus de-
menter expeditur: et ad ea que
sunt recta producat. *p. fia. iij.*

Heres *Samus ad romos*
quoniam cum adhuc patres
essemus: christus pro nobis mor-
tuus est. Multo igitur magis
iustificati nunc in sanguine
christi: salvi erimus ab ira per
ipsum. Si enim cum inimici essemus
reconciliati sumus deo per mor-
tem filii eius: multo magis
reconciliati salvi erimus in
vita christi. Non solum autem:
sed et gloriamur in deo per
ipsum christum: dominum nostrum. *Sed:*

In ill. *Dicit marcum.*
Iohannes ad ipsum. Ma-
gister vidimus quandam in
nocturno tuo eiacentem demonia que
non sequitur nos: et prohibu-
imus eum. Iesus autem ait. Nolite
prohibere eum. Nemo est enim
qui faciat virtutem in nomine
meo: et possit cito male loqui
de me. Qui enim non est adu-
sum vos: pro vobis est. Quis
enim potest dederit vobis
calicem aque in nomine meo
quia cristi estis: amen di-

co vobis non propter mercedem su-
am. Et quisque scandalizaverit
unum ex his pusillis credentibus
in me: bonum est ei magis si
circumdaretur mola asinaria col-
lo eius et in mare mitteretur.
Et si scandalizaverit te ma-
nus tua: abode illa. Bonum est
tibi debilem introire in vitam
quam duas manus habentem ire
in gehennam in ignem inextin-
guibilem. ubi vermis eorum non
moriuntur et ignis non extinguitur.

Et si pes tuus scandalizat te: amputa
illum. Bonum est tibi claudum intro-
ire in vitam eternam: quam duos pedes ha-
bentem mitti in gehennam ignis in-
extinguibilis. ubi vermis eorum non
moriuntur et ignis non extinguitur. Et si
oculus tuus scandalizat te: ecce cum
bonum tibi est claudum introire in regnum
dei: quam duos oculos habentem mitti in ge-
hennam ignis ubi vermis eorum non
moriuntur: et ignis non extinguitur. *fia.*

In ill. *Dicit ihs vi. cap. mathi.*
Scribis et pharisais. De vobis scri-
be et pharisai proproce: quod claudis
regnum celorum ante homines. Vos enim non
intratis: nec introeuntes suntis intrare
de vobis scribe et pharisai proproce:
quod creditis domos viduarum et oronem
longa orantes. propter hoc apostoli accipientes
iudicium. De vobis scribe et pharisai pro-
proce: quod arcuitis mare et undam ut
faciatis unum pasulum. Et cum fuerit
factus: facitis eum filium gehenne duplo
quam vos. De vobis duces cecorum: qui dicit

tis quicūq; iurauerit p̄ templū
 nichil est. Qui autē iurauerit i
 auro templi: debet. Stulti et ceci
 qd̄ enī manus est aurū an tēplū
 qd̄ s̄cificat aurū? Et quicūq; iu
 rauerit in altari: nichil est. Q̄
 n̄q; autē iurauerit in dono qd̄
 est sup̄ illud: debet. Ceci qd̄ enī
 manus est donū an altare qd̄
 s̄cificat donū? Qui ergo iurati
 altari: iurat in eo et in om̄ib;
 que sunt sup̄ illud. Et qui iura
 uerit in tēplo: iurat in illo et
 in eo qui habitat in ip̄o. Et q̄
 iurat in celo: iurat in throno
 dei et in eo qui sedet sup̄ eū. **De**
 vobis scribe et pharisa p̄pocri
 te: qui decimatis mentā et auc
 tū et gymniū et reliquis que
 grauiora sunt legis iudiciū et
 misericordiā et fidem. Hec oport
 uit facere: et illa non omittete.

Ecce deus adiurat **Dūca** x̄
 me et dñs susceptor est aīe mee
 auerte mala iunias meis in veri
 tate tua dispe illos p̄tector meus
 dñe p̄ deus in noīe tuo saluū me
 fac et in virtute tua libera me.

Largire nobis **Collcā**
 dñe q̄s semp̄ sp̄m cogi
 tandi que recta sunt p̄pious
 et agendi: ut qui sine te esse
 non possumus: secundū te
 viuere valeamus. **p̄ ad corinthi**

Fr̄es. Non sumus con. **os.**
 cupiscentes malorū: si

aut et illi concupierunt. Neq;
 ydolatre efficiamū sicut quidā
 ex ip̄is quēadmodū scriptū est.
Sedit p̄pls manducare et bibe
 re: et surrexerūt ludere. Neq;
 fornicemur sicut quidā ex ip̄is for
 nicati sunt: et ceciderūt una di
 e viginti tria milia. Neq;
 tēp̄tē q̄m sicut qd̄ cor tēp̄tā
 uerūt: et a serpentib; perierūt.
 Neq;
 murmuraueritis sicut qd̄
 dā eorū murmurauerūt: et perie
 runt ab exterminatore. Hec au
 tē oīa: in figura contingebāt
 illis. Scripta sunt autē ad correptionē
 nr̄am: in quos fines
 seculorū deuenierunt. Itaq;
 qui se existimat stare: videat ne ca
 dat. **Temptatio** vos non app̄
 hendat nisi hūana. **fidelis** autē
 deus est qui non patietur vos
 temptari supra id qd̄ potes
 tis: sed faciet cū temptatiōe en
 am p̄uentū: ut possitis sus
 tinere. **6̄.** **O**ne dñs nr̄ q̄ admi
 rabile est nomen tuū in uniuersa
 terra. **ū** **Q**m̄ deuata est magnificē
 tia tua super celos. **A**lla. **ū** **A**tten
 dite p̄ple meus in legem meam.
In ill. **D. i. d. s.** **S** **Lucam**
pabolā hāc. **h**omo qui
 dā erat diues qui habebat vil
 licū: et hic diffamatus est a
 pud illū quasi dissipasset bo
 na ip̄ius. Et vocauit illū: et
 ait illi. **Q**uid hoc audio de te?

Redde canonem villicationis tue:
iam enim non poteris villicare
Aut aut villicus intra se. Quid
faciam quia dominus meus auferet
a me villicationem? fodere non
valeo: mendicare et tubesco.
Scio quid faciam: ut cum amotus
fuero a villicatione recipiant
me in domos suas. Conuocatis
itaque singulis debitoribus
domini sui: dicebat primo. Quam
tibi debes domino meo? At ille dixit.
Centum chadros olei. Dixitque
illi. Accipe canonem tuum: et se-
de cito scribe quinquaginta. De-
inde alij dixit. Tu vero quantum de-
bes? Qui ait. Centum choros tri-
tici. At illi. Accipe litteras tuas:
et scribe octoginta. Et laudauit
